



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



443.

TRACTATUS
THEOLOGICO-POLITICUS,

Quo
AUCTOR QUIDAM ANONYMUS,
conatu improbo,
demonstratum iuit,

LIBERTATEM
PHILOSOPHANDI,

h. e. de doctrina religionis pro lubitu
judicandi, sentiendi & docendi,

*Non tantum salvâ pietate & Republicâ pace posse
concedi, sed eandem, nisi cum pace Republicâ ipsâq; pietate
tollî non posse;*

Ad veritatis lancem examinatus,

et
PRÆSIDE
DN. JOHANNÆ MUSÆO,

S.S. Theol. D. & PP. Prim. ac Facultatis suæ Seniore,
Patrono ac Præceptore suo exquisitissimo observantiæ cultu
etatem devenerando,

ventilationi publicâ submissus

à
CHRISTIANO FRIDERICO Ruern /
Osterodâ - Grubenhagiaco.

FENÆ,
in Auditorio Theologico,
Ad d. VI. Non. Maij,
Annô M. DC. LXXIV.



SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

IOHANNI FRI-
DERICO,
Duci Brunsvicensium & Lunæbur-
gensium &c.

*PRINCIPI ac DOMINO meo
clementissimo*

SACRUM!

43.

TRACTATUS
THEOLOGICO-POLITICUS,

Quo
AUCTOR QUIDAM ANONYMUS,
conatu improbo,
demonstratum iuit,

LIBERTATEM
PHILOSOPHANDI,

h. e. de doctrina religionis pro lubitu
judicandi, sentiendi & docendi,

*Non tantum salva pietate & Republica pace posse
concedi, sed eandem, nisi cum pace Republica ipsa, pietate
rolli non posse;*

Ad veritatis lancem examinatus, "

PRÆSIDE

DN. JOHANNÉ MUSÆO,

S.S. Theol. D. & PP. Prim. ac Facultatis suæ Seniore,
Patrono ac Præceptore suo exquisitissimo observantiæ cultu
ætatem devenerando,

ventilationi publicæ submissus

CHRISTIANO FRIDERICO Knern /

Osterodâ - Grubenhagiaco.

JENÆ,

in Auditorio Theologico,

Ad d. VI. Non. Maij,

Annò M. DC. LXXIV.


38.




SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
IOHANNI FRI-
DERICO,
Duci Brunsvicensium & Lunæbur-
gensium &c.

PRINCIPI ac DOMINO meo
clementissimo

SACRUM!



SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME!

Ive insepultam annalium,
memoriam replicemus, sive
ad hanc, quâ versamur, æta-
tem mentes oculosque in-
clinemus, seditionem esse illam civilem
machinam, quæ à fundamentis felicitatem
subruit, legum vim ad laxa licentiæ
jura extendit, Respublicas in noxias re-
giminum formas transfundit, tot urbi-
um truculento interitu, tot Regionum
turbato statu passim edocemur. Ri-
manti verò mihi lacunam, ex qua tanta

peffimarum factiõnum materies fcaturiat, & fine fine promanet, inter alios modernos, quæ feculi noſtri eſt infelicitas, Fanaticos occurrit, qui eam ex ſuperſtitioſa quadam ſacra adminiſtrandi libidine, quam Chriſtianos pleroſque inceſſiſſe clamat, derivare, tantique criminis ſacris præſertim ſtudiis conſecratos reos peragere minimè erubeſcit. Cui licet nihil relictum exiſtimem, quò crasſæ & impolitæ injuriæ crimen à ſe deprecetur, non tamen hîc ſubſtitit ejus conclamata impietas, ſed hâc plus ultrâ abreptus, fucofam ſanctitatis imaginem, ac ſuperſtitioſam pietatem, abſurdis arcanis & umbraticarum contentionum argutiis divinam ſapientiam mentientem, veræ Religionis ſedem perditè occupaffe, templumq; Chriſtianorum in theatrum momorũ dudum degeneraſſe, (abominandã -- *acimas Acherontis ad umbras detrudendam recito ſententiam*) blasphem-

phemat. Scilicet divinas literas ea natura, id fatum constans manet, ut cum nullâ temporum vetustate deleri, nulla hostium crudelitate extinguï possint, nullô tamen tempore hostium insidias evitare queant! Equidem quem hic ejusque complices proposito suo scopum præfigant, quam intueantur metam,

καὶ διὰ τὴν Deo, ceu Christiana mandat prudentia, permitto; Prætendunt quidem nil nisi pacis communis desiderium ac consilia, ad universum terrarû orbẽ mutuâ cõcordiâ velut vinculo constringendum accommodata quàm maximè, ast prætendunt! Enimverò lustrando eorû scripta & doctrinas animadverti, illos in id summâ opum vi eniti, ut pro Christianismo Naturalismum, h. e. pro Junone nubem, pro corpore umbram, pro salute pestem Regibus & Principibus, quos Deus Rex Regum Ecclesiæ suæ nutritios constituit, obtrudant, ac Socinianis,

Anti-Trinitariis aliisque; orco pejus fugi-
endis sectis tolerantiam in regionum
variarum visceribus passim acquirant.
Eandem causam Auctorem nostrum
lucifugam, impostorem nulli secundum,
agere, vel ex eo satis colligere datur,
quod urbe Amstelodamo in exemplum
adductâ, ejus in tolerandis quibuscun-
que sectis moderationem hinc nimum
commendet verbis: *In hac florentissima rep.
& urbe præstantissima, omnes cujuscunq; nationis
& sectæ homines summa cum concordia vivunt, &
nulla omnino tam odiosa secta est, cujus sectarii publi-
câ magistratum auctoritate & presidio non prote-
gantur &c.* Utrum benè an secùs, in eo e-
nodando præsens occupatur disertatio.
Quam ut venerabundus ad Tuos,
SERENISSIME PRINCEPS, DO-
MINE CLEMENTISSIME, pedes de-
ponerem, ratio non una me movit, ac
tantùm non adegit. Quid enim æquius,
quàm humillimæ subjectionis monu-
mentum erigere Principi, in cujus terris

me & in lucem emissum, & prima pietatis ac literarum rudimenta edoctum deprehendo? Quid antiquius? quàm publico qualicumque documento adorare Principis munificentiam, non ab illo modo, sed & ab Eiusdem Parente & Fratres Principibus, gloriosissimæ memoriæ Antecessoribus, familiæ meæ benignè concessam, cum primis verò in dilectissimum meum Parentem, ultra VII. lustra Consiliariatûs spartam circumspectâ, ceu par est, curâ adhuc (ingravescente quamlibet ætate) per divinæ gratiæ indultum sustententē, continuò veluti fonte derivatam. Hæc omni elogio major munificentia in meam modò sese diffundit memoriã, meq; ad Celsitudinis Tuæ Thronum haud perfunctoriè trepidantem in spem erigit securam, fore, ut, quem Parenti hætenùs tribuisti affectum, eundem in me meosq; perpetim transcribas. Sulcipe ergò, PRINCEPS SER-


NISSIME,

NISSIME, tenuissimam obstrictissimi ob-
sequii tabulam ad Tuæ Celsitudinis aras
humillimè affixam, cumq; thuribus for-
san deficientibus Diis molâ falsâ litare
non sit piaculo, ad hanc Genubus Tuis
advolutam Tuoqve Augusto Nomini
devotè immolatam victimam Illustrissi-
mos, quâ es clementia, demittere vultus
haud gravare. Simulac me hoc affecu-
tum sensero, surgent in spes lætiores
imbecillia mea studia, nihilque tam in-
vium inaccessumq; putabunt, quo non
sub gratiosissimo Clementiæ Tuæ au-
spicio aditum sibi munitum præsumant.
Interea Ter-augustissimū Jehovahæ Nu-
men, ut inclytam Tuam Aulam omnifa-
riâ felicitate perfundat, eamque à noxio
Martis, in populos propinquitate finiti-
mos inmanè sæviētis, telo & fulmine asser-
tam foveat ac protegat, assiduis sollicita-
reprecibus non cessabo Serenitatis Tuæ

*Dabam Jenæ ip[s]is Id. April.
An. cl[ariss]i l[ic]i LXXIV.*

devotus subjectissimus

CHRIST. FRIDR. Knorn.



§. I.



riennium est , & quod excurrit , cum in lucem prodiit Scriptum quoddam anonymum sub titulo *Tractatus Theologico-Politicus, continentis Dissertationes aliquot, quibus ostenditur, libertatem philosophandi non tantum salva pietate & Republica pace posse concedi, sed eandem, nisi cum pace Republica, ipsaq;*

*pietate tolli non posse; infelix sanè & immaturus ingenii infelicitis & immaturi foetus, quem tenebris Cimmeriis involvi, quam luce publicâ donari satius fuisset. Auctor lucifuga, etsi tenebrionum more latere, quam nomen suum profiteri maluit, fertur tamen esse *Benedictus Spinoza*, natione Judæus, sed ob opinionû, quas fovet, monstra *ἄποστάτης*, homo, ut res ipsa loquitur, perfrictæ frontis, fanaticus, & à religione omnialienus. Natales ejus tribuit inscriptio mendax *Hamburgo*, quos *Amstelodamo*, ubi Auctor vixisse dicitur, deberi verisimile est.*

Auctor Tractatus.

§. II. Ansam conscribendi libri sibi præbuisse refert diffidia hominum, qui se *Christianam religionem proficere jactent, hoc est amorem, gaudium, pacem, continentiam, & erga omnes fidem, & tamen plus quam iniquo animo certent, & acerbissimum in invicem odium quotidie exercent, ita ut facilius ex his, quam illis, fides uniuscujusque noscatur. Quod malum opinatur inde traxisse originem, quod Ecclesie ministeria dignitates; & ejus officia beneficia estimare, & pastores summo honore habere vulgo religio fuerit; simul ac enim hic abusus in Ecclesia inceperit, statim pessimo cuiq; ingenium libidinem sacra officia administrandi incesisise, & amorem divina religionis propaganda in sordidam avaritiam & ambitionem, atq; ita ipsum templum in theatrum doguerâsse, ubi non Ecclesiastici Doctores,*

Ejus conscribendi ansa. in prælat. pag. 4.

ibid.

A

sed

sed oratores audirentur, quorum nemo desiderio teneretur populum docendi, sed eundem in admirationem sui rapiendi, & dissentientes publicè carpendi, & ea tantum docendi, quæ nova ac insolita, quæq; vulgus maxime admiraretur; unde magnas contentiones, invidiam, & odium, quod nulla vetustate sedari potuerit, oriri debuisse. Non ergo mirum, quod antiquæ religionis nihil manserit, præter ejus externum cultum, (quo vulgus Deum magis adulari, quàm adorare videatur) & quod fides jam nihil aliud sit, quàm credulitas & præjudicia: at quæ præjudicia? quæ homines ex rationalibus brutos reddant, utpotè quæ omnino impediant, quo minus unusquisque libero suo judicio utatur, & verum à falso dignoscas, & quæ veluti ad lumen intellectus penitus extinguendum, datâ operâ excogitata videantur.

§. III. Cui malo curando medium aliud haud superesse jactat, præter libertatem philosophandi, quam censet non tantum salvâ pietate & Reipublicæ pace posse concedi, sed nec tolli posse, nisi cum pace Reipublicæ ipsaq; pietate: ad quod commentum speciosè incrustandum nullam ingenii vim, dolium nullum, nullas denique artes finit intentatas, adeò quidem, ut jure merito quis dubitaverit, num ex illis, quos ipse Dæmon ad divina humanaque jura pervertenda magno numero conduxit, repertus fuerit, qui in iis depravandis operosior fuerit, quàm hic impostor, magno Ecclesiæ malo, & Reipublicæ detrimento natus.

Impietas au-
toris.

c. II.

§. IV. Quod à primis nascentis Ecclesiæ incunabulis extra dubitationis aleam positum fuit, fidei nimirum & religionis Christianæ principium primum, idque certum & infallibile, esse revelationem divinam, à Prophetis & Apostolis ex Spiritus Sancti inspiratione in literas relatam; in eo impugando primam posuit operam, eò progressus impudentiæ & impietatis; ut prophetiam dependisse diceret à fallaci imaginatione Prophetarum, ac in unoquoque prædispositæ temperamenti ac ratione præconceptarum opinionum, (quibus Deus, quod ad spe-

speculativa attinet, se accommodaverit) variasse, adeoque prophetiam nunquam prophetas doctiores reddidisse, sed eos in suis preconceptis, licet falsissimis, opinionibus reliquisse, ac propterea nos in circa res merè speculativas minimè credere teneri: Apostolorum Epistolas non ex revelatione & divino mandato, sed tantum ex ipsorum naturali judicio scriptas fuisse: eos accommodavisse religionem, quoad fieri potuerit, hominū sui temporis ingenio; superadificasse illam fundamentis, tū temporis maximè notis & acceptis. Ex hoc, quòd diversis fundamentis religionē superadificaverunt, ortas esse multas contenciones & schismata, quibus Ecclesia jam inde ab illorū temporibus indefinenter vexata fuit: Dei aeternum verbum & pactum, vramq̄ religionem hominum cordibus, hoc est humane menti inscriptam esse; quod autem in Scripturis continetur, esse mendosum, truncatum, adulteratum, & sibi non constare, maximè in historiarum & Prophetiarum circumstantiis, miraculis, rebusque speculativis. Miracula & opera supernaturalia in Scripturis agnoscit nulla, sed quæ talia dicuntur, dici contendit respectivè ad hominum opiniones, & nihil aliud illorum appellatione intelligi, quàm opera naturalia, quorum causam ignoramus, vel explicare non possumus, vel quæ explicari non poterant eo modo, quo vulgus res naturales explicare solet. Hinc, ait, omnia quæ in Scripturis verè narrantur contigisse, secundum leges nature, ut omnia, necessariò contigisse, & si quid reperiat, quod apodicticè demonstrari potest legibus nature repugnare, aut ex eis consequi non potuisse, id à sacrilegis hominibus sacris literis adjectum fuisse. Porro in religione catholica, quæ præter Christianam nulla est, nullum relinquit mysterium, Scripturam enim nihil exigere ab hominibus, præter obedientiam & cognitionem illam, quam Deus per Prophetas ab omnibus universatim petiit, & unus quisque scire tenetur, nullam esse, præter cognitionem divinæ ejus justitiæ & charitatis: Intellectualem Dei cognitionem, quæ ejus naturam, prout in se est, considerat, & quam naturam homines certâ vivendi ratione imitari non possunt, neque tanquam

ibid. p. 144.

c. XI. p. 139.

seqq.

p. 143.

cap. XII.

p. 144. seqq.

cap. VI. p. 69.

seqq.

ibid. p. 77.

c. XIII. p. 154.

ibid. p. 157.

*exemplum sumere ad veram vivendi rationem instituendam, ad fidem
 & religionem revelatam nullo modo pertinere, & consequenter homi-
 nes circa hanc sine scelere toto caelo errare posse; Evangelicam doctri-
 nam nihil præter simplicem fidem continere, nempe Deo credere, et
 tamque revereri, siue, quod idem est, Deo obedire; ex Scripturæ iussu
 nos nihil teneri credere, quam id, quod ad mandatum de diligendo pro-
 ximo exequendum absolute necessarium est: hoc ipsum mandatum
 unicam esse totius fidei catholica normam, & per id solum omnia fidei
 dogmata, quæ scilicet unusquisque amplecti debet, determinanda esse:
 fidem nihil aliud esse, quam talia sentire de Deo, quibus ignoratis tollitur
 erga Deum obedientia, & quæ hæc obedientiâ posita, necessariò po-
 nuntur; fidem non tam requirere vera quam pia dogmata, h. e. talia,
 quæ animum ad obedientiam movent, tametsi inter ea plurima sint,
 quæ nec umbram veritatis habent: ad fidem catholicam nulla dogma-
 ta pertinere, quibus inter honestos potest dari controversia: ad ean-
 dem ea solummodò pertinere dogmata, quæ erga Deum obedientiâ
 absolute ponit, & quibus ignoratis obedientiâ absolute est impossibili-
 do reliquis autem, prout unusquisq., quia seipsum melius novit, sibi
 ad se in amore justitiæ confirmandum melius esse viderit, sentire debe-
 re, & hac ratione nullum locum controversiis in Ecclesia relictum iri.
 Quid Deus sit, an ignis, spiritus, lux, cogitatio &c. id nihil ad fidem
 pertinere. Jus naturale uniuscujusq. hominis non sanâ ratione, sed cu-
 piditate & potentiâ determinari: quicquid unusquisq., qui sub solo
 nature imperio consideratur, sibi utile vel ductu sanæ rationis, vel ex
 affectuum impetu judicat, id summo nature jure appetere & quacunq.
 ratione siue vi siue dolo, siue precibus, siue quocunq. demum modo fa-
 vilis poterit, ipsi capere licere &c.*

§. V. Hæc, & id genus alia portentosarum opinionum
 commenta postea suis quæq; locis, re & occasione sic ferente,
 excutiemus. Jam in ipsam, quam Auctor adstructum ivit, li-
 bertas philosophandi ejusque fundamenta sollicitius inqu-
 ramus.

§. VI.

§. VI. Ut autem de quæstionis statu rectè constet, ante omnia voces *philosophandi* & *libertatis* expendendæ veniunt.

§. VII. *Philosophandi* verbum, ad mentem Philosophi, denotare studium inquirendi veritatem, sentiendique & statuendi de rebus, humanæ rationi subjectis, tum speculativis, tum practicis, naturæ & rationis principiis convenienter, notius est, quàm ut hic prolixam & operosam mereatur deductionem: hoc tamen loco transfertur illud ab Auctore ad religionis causam, accipiturque de studio inquirendi non tam veritatem, quàm pietatem dogmatum, ad religionem cultumque divinum pertinentium, deque illis sentiendi & statuendi, prout unicuique ad obedientiam & pietatem factura videbuntur. Quamvis verò inter *fidem* & *Philosophiam* id faciat discriminis, quòd hujus scopus sit *veritas*, illius *obediencia* & *pietas*, hæc *notionibus communibus*, illa *historiâ* & *linguâ*, velut *fundamento nitatur*, & hæc *ex sola natura*, illa *ex revelatione* peti debeat; sub fide tamen & religione catholica, ut vidimus, nihil supernaturale, mysterii & quod luminis naturæ cancellos transcendat, nihil comprehensum vult, sed quicquid ejus ambitu continetur, id totum reducit ad *obedienciã* & *pietatem*, in *dilectione Dei* & *proximi* positam, de qua non temerè philosophandi verbo utitur. Præterquam enim quòd ex lumine naturæ & Philosophiæ principiis quoq; deduci & præscribi possunt, etiam quæ extra obedientiæ & pietatis limites constituta in Scriptura traduntur, ea omnia Auctor ad luminis naturæ ductum & normã explicari, atque naturali & communi hominũ ingenio & capacitati accommodari debere contendit. Nam, inquit, cum maxima auctoritas Scripturam interpretandi apud unumquemq; sit, interpretandi ergo norma nihil debet esse præter lumen naturale, omnibus commune, non ullam supra naturam lumen, nequella externa auctoritas, non etiam debet esse adeò difficilis, ut non nisi ab acutissimis Philosophis dirigi possit; sed naturalis

Philosophandi ver.

c.VIII. p. 103.

& communi hominum ingenio accommodata. Ita autem interpretari Scripturam, quid aliud est, quam philosophari circa illam, & circa res, illis contentas?

§. II. X. Nos, qui *fidem & religionem catholicam* in hoc à Philosophia differre statuimus, quòd illa præcisè *Dei revelatione supernaturali*, hæc *luminis & principii natura*, velut ratione cognoscendi propriâ, nitatur, si *philosophandi* verbo ad Auctoris imitationem in hac materia usurpaverimus, ejus appellatione in significato latiori intelligemus *studium inquirendi veritatem* in quibuscunque rebus, etiam ad fidem & religionem pertinentibus, de quibus heic Auctori potissimum sermo est.

Libertas opponitur necessitati.

§. IX. *Libertas* verò propriè loquendo, voluntatis affectio, & ejus quædam *indifferentia est ad utrumlibet*. Dicitur enim voluntas libera, cum non determinata est ad unum, sed ex duobus oppositis, utrum velit, potest. Cui opponitur *necessitas*, quâ ad alterutrum oppositorum ita adstringitur, ut alterû velle aut agere non possit, & prout hæc variat ac multiplex est, ita & illa.

Necessitas. Interna.

§. X. Est autem *necessitas* alia *interna*, alia *externa*.

§. XI. *Interna* dicitur, quâ voluntas suâ naturâ & habitudine intrinsecâ ad objectum determinata est ad unum, ut oppositum velle aut agere non possit. Quem in modum determinata est voluntas ad bonum in communi: non enim illud nolle aut averfari potest. Unde libertas à necessitate interna propriè est libertas indifferentiæ, quâ positis omnibus ad agendum requisitis quis agere potest & non agere, agere hoc, & agere illud.

Externa. Coactionis necessitas.

§. XII. *Externa necessitas* vel est *coactionis* vel *servitutis*.

§. XIII. *Coactionis necessitas*, quæ est ab agente externo, subjectum præter vel contra ejus inclinationem ad actionem determinante, in hominis voluntatem non cadit, nisi quantum

tum ad actus imperatos. Actus elicitum enim, quia sunt actus voluntatis immanentes, & suapte naturâ à voluntate, per objectum cognitum motâ, efficienter dependent, non possunt esse à principio externo, nihil conferente eo, quod agit: quod tamen ad violentum & quod p̄r coactionem fit, requiritur. Hinc natum est tritum illud: *Voluntas non potest cogi*, puta quoad actus elicitos. Horum igitur actuum intuitu voluntas semper libera est à necessitate coactionis. Quoad actus imperatos autem cum demum ab ea libera est, cum neutrum oppositorum lege superioris præceptum aut prohibitum, vel alterius cujusque vi extortum est, sive cum, nemine cogente, utrumlibet agere licet;

§. XIV. *Servitutis necessitas* propriè est quædam voluntatis obligatio ad parendum alterius imperio, & convenit quadantenus cum *necessitate coactionis*; differtque quadantenus ab eadem. Convenit cum illa, quod qui vel voluntate liberâ ad parendum alterius imperio se obligavit, vel bello captus, aut pecuniâ emptus in alterius potestatem venit, tenetur ejus imperio parere, aut si obsequium detrectet, reatum pœnæ contrahit, atque adeò ad parendum cogi potest. Quin si quis invitus in alterius veniat potestatem, & contra voluntatis inclinationem ad illius obsequium adigatur, necessitas hæc servitutis erit propriè dicta necessitas coactionis. Differt autem ab eadem, quod non omnis servitus est contra subjecti inclinationem, sed quædam etiam secundum naturam, atque adeò voluntaria est, ut cum quis libero consensu se alterius dominio subijcit. Unde necessitas servitutis cadit quandoque etiam in actus voluntatis elicitos, nec infert voluntati aliam necessitatem, quàm quæ est ex hypothesi, quæ libertatè simpliciter non tollit. Per metaphoram verò transfertur servitutis vox cum ad eos, qui peccati dominio parent, tum ad hos, qui ita reverentur alios, ut ab illorum placitis recedere **religioni**
du-

ducant, sive quòd id contra decorum esse opinentur, sive quòd illorum odium in se provocare nolint. Dicuntur enim usu receptissimò servi *peccati*, peccato qui obediunt; & servi sive mancipia *aliena libidinis*, qui prædictum in modum erga alios se gerunt. Sed non est par utriusque servitutis ratio. Prior enim, in homine non renato maxime, ex necessitate interna, qua voluntas per suam connatam per versitatem ad malum determinata est, provenit. Posterior verò *voluntaria* est, quæ libertatem à necessitate interna non tollit: quamvis, si metu odii, diffamationis vel persecutionis id fiat, cum necessitate coactionis nonnullam habeat convenientiam, & ad eam quodammodo referri possit.

Quæ libertas
hic intelligatur.

§. XV. Inter hæc diversas libertatis acceptiones maxime propria est prima, quam diximus *libertatem à necessitate interna*. Ab hac sola enim denominatur agens absolutè & simpliciter liberum. Quæ autem *necessitati externa* sive *coactionis*, & *necessitati servitutis* opponitur libertas, cadit etiam in bruta animantia: quæ quæcunque ex interno naturæ instinctu sponte agunt, hoc significatu liberè agunt: cum non coactè, nec ex servitute & ut instrumenta alterius agant; quæ tamen liberè agentibus usus loquendi non adscribit.

§. XVI. Auctor tamè tractatus de libertate philosophandi videtur *libertatis* vocè hic in altero potissimum significatu accipere, pro *libertate à necessitate coactionis*. Præterquàm enim quòd *philosophari* formaliter ad intellectû pertinet, qui suâ intrinsicâ naturâ potentia necessaria est, libertatis à necessitate interna nō capax; in assertionem Auctoris primariâ etiam, in qua adstruenda per Tractatum totum occupatur, aliter quàm de libertate à *necessitate coactionis* intelligi non potest, quod dicitur, *Libertatem philosophandi posse à Potestatibus summis, salvè pietate & Republica pace, concedi*. Opponit enim assertionem Auctor receptæ Ecclesiæ consuetudini, quâ ad certam doctri-

stri-

doctrinæ formam fideles pariter omnes adstringuntur, doctrinis ab ea dissentientibus & opinionibus fanaticis quibusque severè & sub comminatione exclusionis ex gremio Ecclesiæ aliarumve pœnarum publicè interdictis, contenditque contra, nemini esse vim inferendam ob dissentum de doctrina religionis, neminem prohibendum aut pœnis coëcendum, ne in veritatem dogmatum, ad religionem pertinentium, liberè, h. e. pro indole sui ingenii principiusque sibi notis inquirat, iisque convenienter apud animum suum de illis statuat & sentiat: ut ita *libertatem philosophandi alicui concedere*, quoad rem, idem sit, atque eum non impedire per vim & coactionem, ne pro suo ingenio & captu de doctrina religionis, ut sibi visum fuerit, apud animum suum statuat & sentiat.

§. XVII. Neque tamen libertatem à servitute, quâ quis alienæ libidinis mancipium dicitur, prorsus excludit. Invenitur enim passim locorum graviter cum in Theologos & Ecclesiæ Doctores publicos, qui dissentientes à se in religionis causa ferre nolunt, sed odio habent & persequuntur, tum in eos, qui illorum auctoritatem tanti æstimant, & tan-
In præf. p. 3. seqq. Tr. c. VIII. p. 104. c. XIV. p. 159.
toperè reverentur, ut ab illorum sententiis recedere sibi religioni ducant, & velut servi & mancipia illorum, quæ ipsi dicunt, probant, quæ rejiciunt, improbant. Quam sive invitis pro illorum auctoritate impositam, sive ex illorum quadam veneratione & reverentia, vel ex consuetudine sponte susceptam necessitatem servitutis à Republica libera exulare, & libertate, ei oppositâ, omnes gaudere jubet.

XVIII. In inevidentibus tamen, & quæ hinc inde petitis rationibus in utramque partem disputari possunt, subest intellectus libero voluntatis imperio, potestque ab illa ad assensum dissentumve determinari. Atque horum actuum intuitu potest quis dici liberè philosophari, non tantum libertate à necessitate coactionis & servitutis, sed etiam libertate à neces-

Libertas indifferentiæ an in intellectum cadat?

cessitate interna sive indifferentiæ, ut tamen libertatis ratio formalis soli insit voluntati, non intellectui. Intellectus enim, in se spectatus, semper est potentia necessaria, & ut veritatibus evidentibus necessariò assentitur, ita in inevidentibus suapte naturâ subordinatur voluntatis imperio, ut voluntate, assensum dissensumve imperante, in ejus potestate non sit non assentiri vel dissentire: cui proinde libertas à necessitate interna propriè loquendo non convenit, quamvis ejus actus assentiendi dissentientique inevidentes liberi sint libertate à necessitate interna, non quidem in quantum sunt actus intellectus elicit, sed in quantum voluntatis actus imperati sunt.

In quibus
objectis lo-
cū inveniat.

§. XIX. Auctor quamvis in memorata assertionem, quòd libertas philosophandi à Potestatibus summis unicuique, pietate salvâ, concedi possit, loquatur de libertate à necessitate coactionis, supponit tamen tanquam certum, hanc indifferentiæ libertatem in philosophando convenire per se unicuique, non quidem in omnibus ad religionem pertinentibus dogmatibus, sed in iis tantum, quæ pietate & reipublicæ pace salvâ in partem utramque disputari, affirmari negarique possunt, & eximit proinde à libertate philosophandi, quam indiscriminatim per se omnibus convenire, & omnibus à Potestatibus summis concedi vult, doctrinas omnes, quarum oppositum vel pietatem erga Deum tollit, vel reipublicæ tranquillitatem & pacem turbat & evertit; restringitque eam ad solas doctrinas opinionesque, quarum neutrá contradictionis parte pietati erga Deum pacive Reipublicæ quicquam detrahitur.

§. XX. Quæ pietatem relinquunt salvam, æstimat Auctor ex illarum habitudine ad fidem & obedientiam erga Deum; & quæ Reipublicæ pacem & tranquillitatem non lædunt, ex habitudine illarum ad jus summarum Potestatum, & in illarum classem refert omnes doctrinas, quæ ad

ad fidem & obedientiam erga Deum cognitu non absolutè & simpliciter necessariæ sunt; in harum verò classem, quæcunque salvo jure summarum Potestatum affirmari negarique possunt.

§. XXI. Ut mentem ejus rectius intelligas, sciendum, c.p.XII. & quod ad priorem doctrinarum partem attinet, eum con-XIV.

stitueret religionem & pietatem præcisè in obedientia erga Deum; fidem verò in assensu eorum, quæ ad obedientiam erga Deum absolutè & simpliciter cognitu necessaria sunt: quæ ad hæc reducit dogmata:

I. Deum, hoc est ens supremum, summè justum & misericordem, sive verè visæ exemplar existere. Qui enim nescit vel non credit ipsum existere, illum non posse ei obedire, aut eum judicem adsciscere.

II. Eum esse unicum. Hoc enim ad supremam, devotionem, admirationem & amorem erga Deum absolutè requirit; devotionem namq; & amorem ex sola excellentia unius super reliquos oriri.

III. Eum ubiq; esse præsentem, ut omnia ipsi patere. Si enim res ipsum latere crederentur, vel ipsum omnia videre ignoraretur, fore, ut de aequitate ejus justitiæ, quæ omnia dirigit, dubitaretur, vel ipsa ignoraretur.

IV. Ipsum in omnia supremum habere jus & dominium, nec aliquid jure coactum, sed ex absoluto beneplacito & singulari gratiâ facere: omnes enim ipsi absolutè obedire teneri, ipsum autem nemini.

V. Cultum Dei ejusq; obedientiam in sola justitiâ & charitate sive amore erga proximum consistere.

VI. Omnes qui hac vivendi ratione Deo obediunt, salvos tantùm esse, reliquos autem, qui sub imperio voluptatum vivunt, perditos: si enim homines hoc firmiter non crederent, nihil cause futurum, cur Deo potiùs, quàm voluptatibus obtemperare mallet.

VII. Denique Deum pœnitentibus peccata condonare: nullum enim esse, qui non peccet. Si ergo hoc non statueretur, omnes de sua salute desperaturos, nec ullam fore rationem, cur Deum misericordem esse crederent.

p. 164.

§. XXII. *Hæc omnia, dicit Auctor, esse apprime cognitæ necessaria, ut homines, nulla excepto, ex præscripto legis Deo obedire possint; nam horum aliquo sublato, tolli etiam obedientiam, atque adeò & pietatem, ut ita nihil eorum, pietate salvâ, negari possit.*

Non-necessaria quæ sint.

§. XXIII. *Cætera autem, hæc fundamentalibus fidei, ut vocat, non comprehensa dogmata quæcunque numerare videtur in iis, quæ pietate salvâ in utramque partem disputari, affirmari & negari possunt. Speciatim verò horum classi accenset hæc sequentia: Quid Deus, si ve illud vera vita exemplar sit: an scilicet sit ignis, spiritus, lux, cogitatio &c. id nihil ad fidem attinere ait; ut nec etiam quæ ratione sit vera vita exemplar, an scilicet propterea quòd animum justum & misericordem habet, vel quia res omnes per ipsum sunt & agunt, & consequenter nos etiam per ipsum intelligimus, & per ipsum id, quod verum, æquum & bonum est, videmus, perinde esse, quicquid de his unus quisque statuerit. Neinde nihil etiam ad fidem attinere, si quis credat, quòd Deus secundum essentiam, vel secundum potentiam ubique sit, quòd res dirigat ex libertate, vel ex necessitate naturæ, quòd leges tanquam princeps præscribat, vel tanquam æternas veritates doceat, quòd homo ex arbitrii libertate, vel ex necessitate divini decreti Deo obediat, quòd deniq; præmium bonorum & pœna malorum naturalis vel supernaturalis sit: Hæc, inquam, & similia dicit nihil referre in respectu fidei, quæ ratione unus quisque intelligat, dummodò nihil eum in finem concludat, ut majorem licentiam ad peccandum sumat, vel minus fiat Deo obtemperans, quin imò unumquemq; hæc fidei dogmata ad suum caput accommodare teneri, eaq; sibi eo modo interpretari, quo sibi videtur eadem facilius sine ulla hesitatione, sed integro animi consensu amplecti posse, ut consequenter Deo pleno animi consensu obediat. Fidem enim non tam veritatem, quàm pietatem exigere, & non nisi ratione obedientia piam & saluiferam esse; & consequenter neminem, nisi ratione obedientia fidem esse.*

§. XXIV.

§. XXIV. Atque in his posterioris ordinis objectis Auctor libertatem philosophandi unicuique per se convenire, & omnibus concedi debere contendit, non in iis, quæ in classe priori continentur.

§. XXV. Quantum verò attinet ad asserciones opinionesque, quæ Reipublicæ pacem salvam relinquunt, vel non relinquunt, sciendum, pacem Reipublicæ salvam constitui ab eo in jure summarum Potestatum salvò, ut quæ jus hoc intactum relinquunt, habendæ veniant in iis, in quibus, Reipublicæ pace salvâ, libertas philosophandi concedi possit; secus autem quæ habent, & jus summarum Potestatum lædunt, seditiosis opinionibus; & quæ Reipublicæ pacem turbant evertuntque, accenterî debeant, in quibus philosophandi libertas locum non inveniat: cujusmodi sint omnes opiniones, *qua simul ac ponuntur, pactum, quo unusquisq; jure agendi ex proprio suo arbitrio cesserit, tollitur, ex. gr. Si quis statuatur, summam Potestatem non esse sui juris, vel neminem promissis stare debere, vel oportere unumquemque suo arbitrio vivere, & alia hujusmodi, quæ prædicto pacto directè repugnant.*

Quæ Reip. pacem salvam relinquunt. cap. XX.

ib. p. 278.

§. XXVI. Ubi tamen Auctor monet, eum qui tale quid sentit, seditiosum esse, non tam quidem præcisè propter judicium & opinionem, quàm propter factum, quod talia judicia involvunt: videlicet, quia eo ipso, quod tale quid sentit, idem summam Potestati tacitè, vel expressè datam solvitur, ac proinde ceteras opiniones, quæ actum non involvunt, nempe ruperionem pacti, vindictam, iram &c. seditiosas non esse. Cives enim & subditos Reipublicæ coësisse tantùm jure agendi ex proprio decreto, non autem ratiocinandi & judicandi; adeoq; salvo summarum Potestatum jure neminem quidem contra earum decretum agere posse, ac omnino sentire & judicare, & consequenter etiam docere, modò simpliciter tantùm dicat vel doceat, & solè ratione, non autem dolo, ira, odio, nec animo aliquid in rempublicam ex auctoritate sui decreti introducendi defendat, ut ibid. pag. 227. dicit.

Libertas lo-
quendi & do-
cendi.

§. XXVII. Cum *libertate philosophandi*, hoc est, *sentienti & statuendi*, conjungitur Auctor sub finē Tractatus etiam *libertatem loquendi docendiq;* voce & scriptis, ut quæ liberè quis, salvâ pietate & Reipublicæ pace intus apud animum suum statuere & sentire potest, ea etiam, iisdem salvis, loqui, docere, atque adeò voce scriptisque cum aliis communicare possit, observatâ tamen cautelâ, quam verba modò allegata continent: ut scilicet in iis, quæ jurâ summarum Potestatum concernunt, *simpliciter tantùm dicat vel doceat, & solâ ratione, non autem dolo, irâ, odio, nec animo aliquid in rempublicam ex auctoritate sui decreti introducendi, defendat, sed decretum omnium rerum agendarum summis Potestatibus relinquat, & nihil contra earum decretum agat, etiamsi sepe contra id, quod bonum judicat, & palam sentit, agere debeat.*

Status con-
troverfiæ.

§. XXVIII. Quibus majoris perspicuitatis causâ sic præmissis, in quo controversiæ cardo vertatur, facilè intelligitur: nempe assertio Auctoris: *Libertatem philosophandi non tantum salvâ pietate & Reipublicæ pace posse concedi, sed eandem, nisi cum pace Reipublicæ ipsaque pietate, tolli non posse*, duas continet quæstiones principales. Unam, *an libertas philosophandi unicuique, salvâ pietate & Reipublicæ pace, concedi possit?* Alteram, *an eadem tantam cum pace Reipublicæ ipsaq; pietate connexionem habeat, ut tolli non possit, quin simul illa & hæc tollatur?*

§. XXIX. Quæstio utraque loquitur potissimum de libertate à necessitate externa, sive coactionis: utraque loquitur etiam de libertate philosophandi in his, quæ nec ad fidem & obedientiam erga Deum cognitu, ex Auctoris mente, absolute & simpliciter necessaria sunt, nec summarum Potestatum jus lædunt. In utraque denique sub libertate philosophandi comprehenditur libertas non tantum inquirendi veritatem, sentiendique & statuendi, sed & loquendi docendique voce & scriptis, quod intus & apud animum suum quis

quis sentit & statuit, & vertitur summa rei, quantum ad quaestionem priorem attinet, in hoc; An libertas sentiendi, statuendi, loquendi & docendi de his, quæ nec ad fidem & obedientiam erga Deum, ex Auctoris mente, cognita absolute & simpliciter necessaria sunt, nec summarum Potestatum jus lædunt, à Potestatibus summis unicuique, pietate & pace Reipublicæ salvâ, concedi possit? An verò ad certam doctrinæ formam omnes adstringendi, & secus sentientes, loquentes aut docentes vi pœnisque constitutis coercendi sint; quoad posteriorem verò quaestionem in eo: An libertas hæc tam arctè cohæreat cum pietate & pace Reipublicæ, ut à Potestatibus summis per vim & coactionem tolli non possit, quin simul pax Reipubl. & ipsa pietas tollatur?

§. XXX. Cum verò non statim quæ salvâ pace Reipublicæ fiunt aut fieri possunt, etiam pietate salvâ fiant aut fieri possint, & in controversia præsentis Auctor fundamentis aliis probatum eat, libertatem philosophandi posse, salvâ pietate; aliis, eam posse pace Reipublicæ salvâ concedi, non absque quaestionem utramque in duas dispecimus partes. Prioris pars prior est, *an libertas philosophandi in his, quæ ad fidem & obedientiam erga Deum non absolute & simpliciter necessaria sunt, unicuique, pietate salvâ, à Potestatibus summis concedi possit*: Pars altera est: *An pace Reipublicæ salvâ, ea unicuique à Potestatibus summis concedi possit?* Posterioris quaestionis pars prior est: *An libertas illa philosophandi tantam cum pietate connexionem habeat, ut à Potestatibus summis tolli non possit, quin & ipsa simul tollatur?* Pars altera est: *An, libertas illa philosophandi tantam cum pace Reipublicæ connexionem habeat, ut à Potestatibus summis tolli non possit, quin & hæc tollatur?*

§. XXXI. In omnibus hisce quaestionibus amplectitur Auctor partem affirmativam, reditque mens ejus ad sequentes quatuor assertiones sive conclusiones:

I. In

I. *In iis, quæ ad fidem & obedientiam erga Deum non absolute & simpliciter necessaria sunt cognitu, potest libertas philosophandi, h. e. sentiendi, loquendi & docendi, unicuique à Potestatibus summis, salvâ pietate, concedi.*

II. *Eadem potest unicuique, etiam salvâ pace Reipublicæ, ab illis concedi.*

III. *Libertas hæc tam arctè coheret cum pietate, ut à Potestatibus summis, præscriptâ certâ doctrinæ formâ pœnisque in secus sentientes, loquentes & docentes constitutis, tolli non possit, quin & pietas tollatur.*

IV. *Eadem tam arctè coheret cum pace Reipublicæ, ut à Potestatibus summis, præscriptâ certâ doctrinæ formâ pœnisque in secus sentientes, loquentes & docentes constitutis, tolli non possit, quin & pax atque tranquillitas Reipublicæ tollatur. Quarum duæ primæ priori; duæ postremæ posteriori quæstioni principali respondent.*

Auctoris
præsuppositum.

§. XXXII. In omnibus hæc assertionibus supponit Auctor tanquam certum, jus & libertatem sentiendi statuendiq; de religione per se esse penes unumquemque. Quo d& probat hunc in modum:

p. 102.

Religio non tam consistit in actionibus externis, quàm in animi simplicitate & veritate. Non ergo juris publici vel publicæ autoritatis est. Ratio consequentiæ est: quia animi simplicitas & veracitas non imperio legum, neque autoritate publicâ hominibus infunditur, & absolutè nemo vi aut legibus potest cogi, ut fiat beatus, sed ad hoc requiritur pia & fraterna monitio, bona educatio & supra omnia proprium & liberum iudicium. Est ergo juris privati uniuscujusque, atq; ad eò penes unumquemque per se est jus summum, summaque autoritas de religione liberè iudicandi, eamque sibi explicandi & interpretandi. Ratio consequentiæ rursum est: quia nulla alia de causâ summa autoritas leges interpretandi & sum-

Strinæ formam fideles pariter omnes adstringuntur, doctrinis ab ea dissentientibus & opinionibus fanaticis quibusque severè & sub comminatione exclusionis ex gremio Ecclesiæ aliarumve pœnarum publicè interdictis, contenditque contra, nemini esse vim inferendam ob dissensum de doctrina religionis, neminem prohibendum aut pœnis coërendum, ne in veritatem dogmatum, ad religionem pertinentium, liberè, h. e. pro indole sui ingenii principiisque sibi notis inquirat, iisque convenienter apud animum suum de illis statuat & sentiat: ut ita *libertatem philosophandi alicui concedere*, quoad rem, idem sit, atque eum non impedire per vim & coactionem, ne pro suo ingenio & captu de doctrina religionis, ut sibi visum fuerit, apud animum suum statuat & sentiat.

§. XVII. Neque tamen libertatem à servitute, quâ quis alienæ libidinis mancipium dicitur, prorsus excludit. Invehitur enim passim locorum graviter cum in Theologos & Ecclesiæ Doctores publicos, qui dissentientes à se in religionis causa ferre nolunt, sed odio habent & persequuntur, tum in eos, qui illorum auctoritatem tanti æstimant, & tan-
In præf. p. 3. seqq.
Tr. c. VIII.
p. 104.
c. XIV. p. 159.

toperè reverentur, ut ab illorum sententiis recedere sibi religioni ducant, & velut servi & mancipia illorum, quæ ipsi dicunt, probant, quæ rejiciunt, improbant. Quam sive invitis pro illorum auctoritate impositam, sive ex illorum quadam veneratione & reverentia, vel ex consuetudine sponte susceptam necessitatem servitutis à Republica libera exulare, & libertate, ei oppositâ, omnes gaudere jubet.

XVIII. In inevidentibus tamen, & quæ hinc inde petitis rationibus in utramque partem disputari possunt, subest intellectus libero voluntatis imperio, potestque ab illa ad assensum dissensumve determinari. Atque horum actuum intuitu potest quis dici liberè philosophari, non tantum libertate à necessitate coactionis & servitutis, sed etiam libertate à ne-

Libertas indifferentiæ an in intellectu cadat?

cap. XIV.
p. 16a.

ibid.

nullo modo pertinere, & consequenter homines circa hanc sine scelere toto celo errare posse: Scripturae intentum esse tantum obedientiam docere: utrumque Testamentum nihil esse, præter obedientie disciplinam, nec aliud utrumque intendere, quàm quòd homines ex vero anima obtemperent: Evangelicam doctrinam nihil, præter simplicem fidem continere, nampè Deum credere, amari, revere, sive quod idem est, Deo obedire. Ex quo concludit, ex Scripturae jussu nos nihil aliud teneri credere, quàm id, quod ad mandatum de diligendo proximo, tanquam seipsum, absolute necessarium sit. Quare hoc ipsum mandatum unicam esse totius fidei catholicæ normam, & per id solam omnia fidei dogmata, quæ scilicet unusquisque amplecti tenetur, determinanda esse.

Fundamenti
posterioris
probatio.

c. XIV. p. 16b.

in præf. p. 6.

c. XV. p. 16z.

p. 16b.

§. XXXV. Fidem porro definit Auctor in ordine ad obedientiam erga Deum, quòd nihil aliud sit, quàm talia sentire de Deo, quibus ignorantia tollitur erga Deum obedientia, & quæ, hæc posita, necessario ponuntur. Et quia etiã opinionibus falsis quis ad obedientiam moveri & induci potest: hominum ingenium enim rarum admodum est, & aliis aliis, aliis illis opinionibus molius acquiescit, & quod bene ad religionem, illum ad risum movet; concludit hinc, fidem non tam requirere veram, quàm pia dogmata, hoc est, talia dogmata, quæ animam ad obedientiam movent, tametsi inter ea plura sine, qua nec umbram veritatis habeat, dummodò tamen illi, qui ea amplectitur, falsa esse ignoret; eam non tam veritatem, quàm pietatem exigens, & non nisi ratione obedientie piæ & salutiferæ esse. Unde fidem & Philosophiam inter alia per hoc distinguit, quòd hujus scopus nihil sit, præter veritatem; illius nihil, præter obedientiam & pietatem. Ex quo concludit rursum, fidem concedere summam unicuique libertatem ad philosophandum, ut quicquid velit, de rebus quibuscunq; sine scelere sentire possit, & eos tantum, tanquam hæreticos & schismaticos damnare, qui opiniones docent, ad contumaciam, odia, contumelias, & iram suadendam: & eos contra fideles tantum habere, qui justitiam & charitatem, pro veribus sua-

ad fidem & obedientiam erga Deum cognitū non absolutè & simpliciter necessariæ sunt; in harū verò classē, quæcunque salvo jure summarum Potestatum affirmari negarique possunt.

§. XXI. Ut mentem ejus rectius intelligas, sciendum, c.p.XII. & quod ad priorem doctrinarum partem attinet, eum con-XIV.

stituerē religionem & pietatem præcisè in obedientia erga Deum; fidem verò in assensu eorum, quæ ad obedientiam erga Deum absolutè & simpliciter cognitū necessaria sunt: quæ ad hæc reducit dogmata:

I. Deum, hoc est ens supremum, summè justum & misericordem, sive vera viæ exemplar existere. Qui enim nescit vel non credit ipsum existere, illum non posse ei obedire, aut eum judicem adsciscere.

II. Eum esse unicum. Hoc enim ad supremam, devotionem, admirationem & amorem erga Deum absolutè requiri; devotionem namq; & amorem ex sola excellentia unius super reliquos oriri.

III. Eum abis. a. f. p. assensum, vel omnia ipsi patere. Si enim res ipsum latere crederentur, vel ipsum omnia videre ignoraretur, fore, ut de aequitate ejus justitiæ, quæ omnia dirigit, dubitaretur, vel ipsa ignoraretur.

IV. Ipsum in omnia supremum habere jus & dominium, nec aliquid jure coactum, sed ex absoluto beneplacito & singulari gratiâ facere: omnes enim ipsi absolutè obedire tenori, ipsum autem nemini.

V. Cultum Dei ejusq; obedientiam in sola justitiâ & charitate sive amore erga proximum consistere.

VI. Omnes qui hac vivendi ratione Deo obediunt, salvos tantum esse, reliquos autem, qui sub imperio voluptatum vivunt, perditos: si enim homines hoc firmiter non crederent, nihil causa futurum, cur Deo potius, quàm voluptatibus obtemperare mallent.

VII. Denique Deum penitentibus peccata condonare: nullum enim esse, qui non peccet. Si ergo hoc non statueretur, omnes de sua salute desperaturos, nec ullam forerationem, cur Deum misericordem esse crederent.

P. 764.

§. XXII. *Hæc omnia, dicit Auctor, esse apprime cognita necessaria, ut homines, nulla excepto, ex præscripto legis Deo obedire possint; nam horum aliquo sublato, tolli etiam obedientiam, atque adeò & pietatem, ut ita nihil eorum, pietate salvâ, negari possit.*

Non necessaria quæ sint.

§. XXIII. *Cætera autem, hisce fundamentalibus fidei, ut vocat, non comprehensa dogmata quæcunque numerare videtur in iis, quæ pietate salvâ in utramque partem disputari, affirmari & negari possunt. Speciatim verò horum classi accenset hæc sequentia: Quid Deus sive illud vera vite exemplar sit: an scilicet sit ignis, spiritus, lux, cogitatio &c. id nihil ad fidem attinere ait; ut nec etiam quâ ratione sit vera vite exemplar, an scilicet propterea quòd animum justum & misericordem habet, vel quia res omnes per ipsum sunt & agunt, & consequenter nos etiam per ipsam intelligimus, & per ipsum id, quòd verum, æquum & bonum est, videmus, perinde esse, quicquid de his unusquisque statuerit. Neinde nihil etiam ad fidem attinere, si quis credat, quòd Deus secundum essentiam, vel secundum potentiam ubique sit, quòd res dirigat ex libertate, vel ex necessitate naturæ, quòd leges tanquam princeps præscribat, vel tanquam æternas veritates doceat, quòd homo ex arbitrii libertate, vel ex necessitate divini decreti Deo obediat, quòd deniq; premium bonorum & pœna malorum naturalis vel supernaturalis sit: Hæc, inquam, & similia dicit nihil referre in respectu fidei, quâ ratione unusquisque intelligat, dummodò nihil eum in finem concludat, ut majorem licentiam ad peccandum sumat, vel minus fiat Deo obtemperans, quin imò unumquemq; hæc fidei dogmata ad suum captum accommodare teneri, eaq; sibi eo modo interpretari, quo sibi videtur eadem facilius sine ulla hesitatione, sed integro animi consensu amplecti posse, ut consequenter Deo pleno animi consensu obediat. Fidem enim non tam veritatem, quàm pietatem exigere, & non nisi ratione obedientia piam & saluiferam esse; & consequenter neminem, nisi ratione obedientia fidelem esse.*

§. XXIV.

§. XXIV. Atque in his posterioris ordinis objectis Auctor libertatem philosophandi unicuique per se convenire, & omnibus concedi debere contendit, non in iis, quæ in classe priori continentur.

§. XXV. Quantum verò attinet ad asserciones opinionumque, quæ Reipublicæ pacem salvam relinquunt, vel non relinquunt, sciendum, pacem Reipublicæ salvam constitui ab eo in jure summarum Potestatum salvò, ut quæ jus hoc intactum relinquunt, habendæ veniant in iis, in quibus, Reipublicæ pace salvâ, libertas philosophandi concedi possit; secus autem quæ habent, & jus summarum Potestatum lædunt, seditiosis opinionibus; & quæ Reipublicæ pacem turbant evertuntque, accenterî debeant, in quibus philosophandi libertas locum non inveniat: cujusmodi sint omnes opiniones, quæ simul ac ponuntur, pactum, quo unusquisq; jure agendi ex proprio suo arbitrio cesserit, tollitur, ex. gr. Si quis statuat, summam Potestatem non esse sui juris, vel neminem promissis stare debere, vel oportere unumquemque suo arbitrio vivere, & alia hujusmodi, quæ prædicto pacto directè repugnant.

Quæ Reip. pacem salvam relinquunt. cap. XX.

ib. p. 228.

§. XXVI. Ubi tamen Auctor monet, eum qui tale quid sentit, seditiosum esse, non tam quidem præcisè propter judicium & opinionem, quàm propter factum, quod talia judicia involvunt: videlicet, quia eo ipso, quod tale quid sentit, idem summa Potestati tacitè, vel expressè datam solvit, ac proinde ceteras opiniones, quæ actum non involvunt, nempe ruperionem pacti, vindictam, iram &c. seditiosas non esse. Cives enim & subditos Reipublicæ esse tantùm jure agendû ex proprio decreto, non autem ratiocinandi & judicandi; adeoq; salvo summarum Potestatum jure neminem quidem contra earum decretum agere posse, ac omninò sentire & judicare, & consequenter etiam docere, modò simpliciter tantùm dicat vel doceat, & solè ratione, non autem dolo, ira, odio, nec animo aliquid in rempublicam ex auctoritate sui decreti introducendi defendat, ut ibid. pag. 227. dicit.

Libertas lo-
quendi & do-
cendi.

§. XXVII. Cum *libertate philosophandi*, hoc est, *sentiendi & statuendi*, conjungitur Auctor sub finē Tractatus etiam *libertatem loquendi docendiq;* voce & scriptis, ut quæ liberè quis, salvâ pietate & Reipublicæ pace intus apud animum suum statuere & sentire potest, ea etiam, iisdem salvis, loqui, docere, atque adeò voce scriptisque cum aliis communicare possit, observatâ tamen cautelâ, quam verba modò allegata continent: ut scilicet in iis, quæ jurâ summarum Potestatum concernunt, *simpliciter tantùm dicat vel doceat, & solâ ratione, non autem dolo, irâ, odio, nec animo aliquid in rempublicam ex auctoritate sui decreti introducendi, defendat, sed decretum omnium rerum agendarum summis Potestatibus relinquat, & nihil contra earum decretum agat, etiamsi sæpè contra id, quod bonum judicat, & pulam sentit, agere debeat.*

Status con-
troverfiæ.

§. XXVIII. Quibus majoris perspicuitatis causâ sic præ-
missis, in quo controversiæ cardo vertatur, facilè intelligitur:
nempe assertio Auctoris: *Libertatem philosophandi non tantum
salvâ pietate & Reipublicæ pace posse concedi, sed eandem, nisi cum pa-
ce Reipublicæ ipsaque pietate, tolli non posse*, duas continet quæstio-
nes principales. Unam, *an libertas philosophandi unicuique, sal-
vâ pietate & Reipublicæ pace, concedi possit?* Alteram, *an eadem
tantam cum pace Reipublicæ ipsaq;, pietate connexionem habeat, ut
tollî non possit, quin simul illa & hæc tollatur?*

§. XXIX. Quæstio utraque loquitur potissimùm de li-
bertate à necessitate externa, sive coactionis: utraque loqui-
tur etiam de libertate philosophandi in his, quæ nec ad fidem
& obedientiam erga Deum cognitu, ex Auctoris mente, ab-
solutè & simpliciter necessaria sunt, nec summarum Potesta-
rum jus lædunt. In utraque denique sub libertate philoso-
phandi comprehenditur libertas non tantùm inquirendi ve-
ritatem, sentiendique & statuendi, sed & loquendi docen-
dique voce & scriptis, quod intus & apud animum suum
quis

quis sentit & statuit, & vertitur summa rei, quantum ad quaestionem priorem attinet, in hoc; An libertas sentiendi, statuendi, loquendi & docendi de his, quæ nec ad fidem & obedientiam erga Deum, ex Auctoris mente, cognitu absolute & simpliciter necessaria sunt, nec summarum Potestatum jus lædunt, à Potestatibus summis unicuique, pietate & pace Reipublicæ salvâ, concedi possit? An verò ad certam doctrinæ formam omnes adstringendi, & secus sentientes, loquentes aut docentes vi pœnisque constitutis coercendi sint; quoad posteriorem verò quaestionem in eo: An libertas hæc tam arctè cohæreat cum pietate & pace Reipublicæ, ut à Potestatibus summis per vim & coactionem tolli non possit, quin simul pax Reipubl. & ipsa pietas tollatur?

§. XXX. Cum verò non statim quæ salvâ pace Reipublicæ fiunt aut fieri possunt, etiam pietate salvâ fiant aut fieri possint, & in controversia præsentè Auctor fundamentis aliis probatum eat, libertatem philosophandi posse, salvâ pietate; aliis, eam posse pace Reipublicæ salvâ concedi, non abs re quaestionem utramque in duas dispescimus partes. Prioris pars prior est, *an libertas philosophandi in his, quæ ad fidem & obedientiam erga Deum non absolute & simpliciter necessaria sunt, unicuique, pietate salvâ, à Potestatibus summis concedi possit*: Pars altera est: *An pace Reipublicæ salvâ, ea unicuique à Potestatibus summis concedi possit?* Posterioris quaestionis pars prior est: *An libertas illa philosophandi tantam cum pietate connexionem habeat, ut à Potestatibus summis tolli non possit, quin & ipsa simul tollatur?* Pars altera est: *An, libertas illa philosophandi tantam cum pace Reipublicæ connexionem habeat, ut à Potestatibus summis tolli non possit, quin & hæc tollatur?*

§. XXXI. In omnibus hisce quaestionibus amplectitur Auctor partem affirmativam, reditque mens ejus ad sequentes quatuor assertiones sive conclusiones:

I. In

I. *In iis, qua ad fidem & obedientiam erga Deum non absolute & simpliciter necessaria sunt cognitu, potest libertas philosophandi, h. e. sentiendi, loquendi & docendi, unicuique à Potestatibus summis, salvâ pietate, concedi.*

II. *Eadem potest unicuique, etiam salvâ pace Reipublicæ, ab illis concedi.*

III. *Libertas hæc tam arctè coheret cum pietate, ut à Potestatibus summis, præscriptâ certâ doctrinæ formâ pœnisque insecus sentientes, loquentes & docentes constitutis, tolli non possit, quin & pietas tollatur.*

IV. *Eadem tam arctè coheret cum pace Reipublicæ, ut à Potestatibus summis, præscriptâ certâ doctrinæ formâ pœnisque insecus sentientes, loquentes & docentes constitutis, tolli non possit, quin & pax atque tranquillitas Reipublicæ tollatur. Quarum duæ primæ priori; duæ postremæ posteriori quæstioni principali respondent.*

Auctoris
præsuppositum.

§. XXXII. In omnibus hisce assertionibus supponit Auctor tanquam certum, jus & libertatem sentiendi statuendiq; de religione per se esse penes unumquemque. Quod & probat hunc in modum:

p. 102.

Religio non tam consistit in actionibus externis, quàm in animi simplicitate & veritate. Non ergo juris publici vel publicæ authoritatis est. Ratio consequentiæ est: quia animi simplicitas & veracitas non imperio legum, neque authoritate publicâ hominibus infunditur, & absolutè nemo vi aut legibus potest cogi, ut fiat beatus, sed ad hoc requiritur pia & fraterna monitio, bona educatio & supra omnia proprium & liberum iudicium. Est ergo juris privati uniuscujusque, atq; ad eò penes unumquemque per se est jus summum, summaque authoritas de religione liberè iudicandi, eamque sibi explicandi & interpretandi. Ratio consequentiæ rursum est: quia nulla alia de eausa summa authoritas leges interpretandi & sum-

summum de rebus publicis iudicium penes magistratum est, quàm quia publici juris sunt. Ergo eâdem de causâ summa autoritas religionem explicandi & de eadem iudicandi penes unumquemque est: scilicet quia religio uniuscuiusque juris est.

§. XXXIII. Ipsam verò assertionem primam, quod scilicet *libertas philosophandi*, h. e. sentiendi & statuendi de religione, in iis quidem, quæ ad fidem & obedientiam erga Deum non absolutè necessaria sunt cognitu, *possit à Potestatibus summis, salvâ pietate, concedi unicuique*, probat idem duplici fundamento: Uno, quòd *Scriptura sacra eam unicuique concedat*. Altero, quòd etiam *fides eam unicuique concedat*. Quam autem libertatem Scriptura & fides unicuique concedit, ea potest etiam à Potestatibus summis, salvâ pietate, unicuique concedi.

Assertionis primæ fundamenta duo.

§. XXXIV. Quod ad Scripturam attinet, operosus est Auditor in eo, ut evincat, eam constituere religionem totam, vel certè totû ejus fundamentum in obedientia erga Deum, nec, præter eam, quicquam aliud ab homine salvando exigere.

Fundamenti prioris probatio.

Contendit enim, *Scripturam summam esse amare Deum supra omnia, & proximum tanquam seipsum*, & in hoc consistere totius religionis fundamentum: eam nihil exigere ab hominibus, præter obedientiam erga Deum, quæ in solo amore proximi consistat: eam nullam aliam scientiam commendare, quàm quæ omnibus hominibus necessaria est, ut Deo secundum hoc præscriptum obedire possint, & quâ ignoratâ homines necessariò debeant esse contumaces, vel saltè sine disciplina obedientiæ; reliquas autem speculationes, quæ huc directè non tendunt, sive ea circa Dei sive circa rerum naturalium cognitionem versentur, *Scripturam non tangere, easq; à religione revelata separandas esse: intellectualem cognitionem Dei, quæ ejus naturam, prout in se est, considerat, & quam naturam homines certa vivendi ratione imitari non possunt, neque tanquam exemplum sumere ad veram vivendi rationem instituentiam, ad fidem & religionem revelatam*

cap. XII. p. 191. cap. XIII. p. 154.

ibid. p. 157.

C nullo

cap. XIV.
p. 16a.

ibid.

nullo modo pertinere, & consequenter homines circa hanc sine scelere
toto caelo errare posse: Scripturae intentum esse tantum obedientiam
docere: utrumque Testamentum nihil esse, præter obedientie disci-
plinam, nec aliud utrumque intendere, quàm quòd homines ex vero
anima obtemperent: Evangelicam doctrinam nihil, præter simplicem
fidem continere, nempe Deo credere, animè revereri, si ve quod idem est,
Deo obedire. Ex quo concludit, ex Scriptura iussu nos nihil aliud co-
nari credere, quàm id, quod ad mandatum de diligendo proximo, tan-
quam seipsum, absolute necessarium sit. Quare hoc ipsum mandatum
unicam esse totius fidei catholica normam, & per id solum omnia fidei
dogmata, quæ scilicet unusquisque amplecti tenatur, determinanda
esse.

Fundamenti
posterioris
probatio.

c. XIV. p. 161.

io præf. p. 6.

c. XV. p. 162.

p. 166.

§. XXXV. Fidem porro definit Auctor in ordine ad
obedientiam erga Deum, quòd nihil aliud sit, quàm talia sentire
de Deo, quibus ignorantia tollitur erga Deum obedientia, & quæ, hæc
posita, necessario ponuntur. Et quia etiam opinionibus falsis quis
ad obedientiam moveri & induci potest: hominum ingenium
enim varium admodum est, & aliis hiis, aliis illis opinionibus molius
acquiescit, & quod huic ad religionem, illum ad risum movet; con-
cludit hinc, fidem non solum requirere vera, quàm pia dogmata, hoc est,
talìa dogmata, quæ animam ad obedientiam movent, tamen si inter
ea plurima sint, quæ nec umbram veritatis habent, dummodò tamen
is, qui ea amplectitur, falsæ esse ignoret; eamque tam veritatem, quàm
pietatem exigere, & non nisi ratione obedientia piam & salutiferam
esse. Unde fidem & Philosophiam inter alia per hoc distin-
guit, quòd hujus scopus nihil sit, præter veritatem; illius nihil, præ-
ter obedientiam & pietatem. Ex quo concludit rursum, fidem con-
cedere summam unicuique libertatem ad philosophandum, ut quisquid
velit, de rebus quibuscunque sine scelere sentire possit, & eos tantum,
tanquam hæreticos & schismaticos damnare, qui opiniones docent, ad
contumaciam, odia, contentiones, & iram suadendam: & eos contra
fideles tantum habere, qui justitiam & charitatem, pro viribus sua

rationis & facultatibus suadens. Quam libertatem verò fides, quæ nihil nisi obedientiam & pietatem spectat, unicuique concedit, ea potest etiam à Potestatibus summis unicuique pietate salvâ, concedi.

§. XXXVI. Hæc, quantum ex Auctoris confusa disputandi ratione assequi possumus, fundamenta sunt, quibus ejus assertio prima superstructa est: quæ prius expendemus, quàm ad cæteras tres assertiones excutiendas progrediamur.

§. XXXVII. Quod ad præsuppositum illud, assertioni Auctoris bus omnibus commune, attinet, nempe *ius & libertatem seu præsupponendi statuendiq; de religionis per se esse penes unumquemque*; non tum expenditur. quidem inficiamur, religionem non tam consistere in externis, quàm in internis animi actionibus, sive, ut Auctor loquitur, *in animi simplicitate & veracitate*, vel potius *in interna animi submissione & reverentia erga Deum*, propter ejus excellentiâ, aliisq; hinc dependentibus mentis actibus & motibus. Religio enim, omnium consensu, pro objecto habet Deum, ut ens perfectissimum & excellentissimum cognitum, ejusque honorem & cultum, propter ejus excellentiam ipsi debitum, & dicitur *religiosus* propriè, *qui reveretur Deum*, eumque devotè cum debita animi submissione colit *propter ejus excellentiam & perfectionem*; religio autem, ipse *voluntatis habitus*, quo inclinatur ad reverentiam, devotionem & submissionem erga Deum, & ad honorem cultumque debitum ipsi tribuendum, propter ejus excellentiam, & connotat ex parte intellectus rectam Dei agnitionem. Quem in sensum & Cicero lib. II. de Invent. Religio, inquit, est, *quæ superioris cujusdam nature, quam divinam appellant, curam ceremoniamq; affert.*

§. XXXVIII. Neq; tamen ea in solis actibus animi internis consistit, sed exiit se etiam per actus externos ad Dei honorem & cultum directos, multiplices, suntque cum interni

tum externi religionis actus in duplici differentia. Quidam pro motivo formali proximo habent Dei excellentiam, eique in solidum propter illam debentur: cujusmodi sunt actus orandi ad Deum, cum mente, tum voce, actus sacrificandi Deo, actus adorandi ipsum, laudandi & celebrandi eum &c. Alii autem aliis nituntur motivis proximis, respiciunt autem Dei excellentiam, & inclinantur ad ejus honorem & cultum, mediate & remote: cujusmodi sunt actus credendi, sperandi, diligendi, obediendi &c. quorum quilibet suo peculiari nititur motivo proximo: actus credendi quidem Deo, in quantum verax, actus sperandi, Deo, in quantum nostrum summum Bonum; actus diligendi, Deo, in quantum in se bonus & propter se amabilis est; actus obediendi eodem, in quantum jus habet & potestatem homines ad suum obsequium obligandi. Illi sunt actus religionis proprii. Hi virtutum aliarum actus proprii sunt, v. g. actus credendi, virtutis fidei; actus sperandi, spei; actus diligendi Deum, charitatis; actus obediendi Deo, virtutis obedientiæ actus proprii sunt & in illos inclinatur religionis virtus voluntatem per se immediate; in hos, mediantibus iis virtutibus, quarum actus sunt, in quantum scilicet eos voluntati vi aliarum, quibus pollet, virtutum eliciendos imperat, & ad testandam nostram reverentiam & submissionem erga Deum, propter ejus excellentiam, ordinat: sicut qui Deo credit, in eo sperat, ejus præceptis obedit, eum diligit ad testandam suam erga Deum reverentiam, devotionem & submissionem, propter ejus excellentiam, is facit hoc utique ex habitu religionis. Licet enim non habitu religionis credat, speret, obediat, diligit, sed habitu fidei credat, habitu spei speret, habitu obedientiæ obediat, habitu charitatis diligit, habitu religionis tamen ordinat hosce actus omnes ad Dei cultum & honorem, eique in solidum tribuendum est, quod credit Deo, sperat in eo, obedi-

dit.

dic ei, & diligit ipsum ad testandam suam erga Deum reverentiam, devotionem & submissionem, propter ejus excellentiam.

§. XXXIX. Neque diffitemur, religionem, quantum ad Actus interni actus internos attinet, non subesse imperio summarum Potestatum, an subsint imperio legum vel autoritate publicā, sed agnoscimus utro, ut quis ad actus hosce eliciendos & exercendos inducatur, requiri *piam & fraternali monitionem, bonam educationem, rectam institutionem, &* quod Auctor omittit, *supra omnia auxilium & gratiam Spiritus sancti.* Inde autem non sequitur, religionem esse juris privati uniuscujusque, & per nos unumquemque per se esse jus summum, summamque auctoritatem de religione ejusque dogmatibus liberè judicandi, eamque sibi explicandi & interpretandi, ut Auctor ineptissime concludit. Non enim, quæ summarum Potestatum imperio non subsunt, statim sunt juris privati uniuscujusque. Alias enim ipsa etiam fidei fundamentalia, quæ vocat, dogmata, quorum cognitio scilicet ad obedientiam erga Deum absolute necessaria est, & ipsa obedientia erga Deum esset juris privati uniuscujusque: cum occupati in illis actus fidei, ut & obedientiæ actus interni etiam non subsint summarum Potestatum imperio, nec legum imperio hominum animis infundantur; quod Auctor tamen disertè negat. Procedit ergo allata ab ipso ratio tantum de rebus, suâ naturâ indifferentibus, quæ sic & aliter, absque peccato, fieri possunt: quæ quamdiu non lege publicâ determinantur ad unum, sunt & manent juris privati, estque in cujusque arbitrio & potestate agere, quicquid velit. Secus autem loquendum est de rebus, quæ vel suâ intrinsecâ naturâ, vel per principia nature evidentia, vel per revelationem divinam ad unum determinatæ sunt. Hoc ipso enim, quod suâ intrinsecâ naturâ, vel nature principis evidentibus, vel divinâ revelatione ad unum de-

terminatæ sunt, non juris privati uniuscujusque, sed naturalis vel divini juris sunt. Quæ enim suâ intrinsecâ naturâ, vel principiis naturæ evidentibus determinantur ad unum, ex juris naturæ; & quæ divinâ revelatione ad unum determinantur, ex juris divini esse censentur, de quibus aliter sentire & judicare nemini jus & fas est, ut ut imperio summarum Potestatum non subint. Talia autem sunt dogmata religionis, quorum quædam cum per terminos apprehensos, ex quibus oppidò illorum veritas patet, vel per naturæ principia evidentia, tum per divinam revelationem; alia per solam divinam revelationem determinantur ad unum: v. g. dogmata de Deo, ejusque essentia & attributis essentialibus, de reverentia & submissione, Deo propter ejus excellentiam debita, de dilectione, timore Dei, de fide & spe erga Deum, de invocatione, laudatione Dei, de dilectione proximi propter Deum; determinat ad unum cum ratio recta ex terminis apprehensis aut naturæ principiiis evidentibus, tum divinâ revelatio; & quæ naturæ principia excedunt, nec aliunde, quàm ex revelatione divina nobis innotescunt: cujusmodi sunt mysterium Trinitatis, incarnationis, &c. ea determinat ad unum sola revelatio divina, ut nemini conveniat jus & potestas aliter de illis sentiendi & statuendi, quàm vel principia naturæ & recta ratio dictitant, vel revelatio divina eadem patefacit, & cognoscenda proponit.

Actus externi duplices.

§. XL. Actus autem religionis externi sunt in duplici differentia. Quidam lege naturæ aut divinâ, vel utrâque præscripti sunt: cujusmodi sunt actus morales, in decalogo præcepti. Alii sunt de rebus, suâ naturâ indifferentibus, & ceremonias externas concernunt. Utrique subsunt summarum Potestatum imperio, possuntque legibus præscribi. Sunt enim actus voluntatis imperati, qui, omnium consensu, à Potestatibus summis præcipi possunt, poenis in refractarios constituti-

Subsunt imperio Magistratus.

stitutis. Et prioris quidem ordinis actus nunquam juris privati sunt. Jus naturæ enim & divinum, quo determinantur ad unum, obligat omnes, nec cuiquam permittit libertatem secus sentiendi, judicandi aut agendi. Solum ergo posterioris ordinis actus, in se spectati, & priusquam à Potestatibus summis determinentur ad unum, juris privati sunt uniuscujusque, & de his solis procedit, quod Auctoris assertiones præsupponunt tanquam certum, nempe jus & libertatem sentiendi ac statuendi de religione per se esse penes unumquemque, non ob rationem, ab ipso adductam, quòd imperio summarum Potestatum non subsint, sed quòd sint de rebus, suâ naturâ indifferentibus, nulloque neque naturæ, neque divino, neque humano jure ad unum determinatis. Quòd si lege publicâ à Potestatibus summis determinentur ad unum, tùm jus illud & libertas, quæ per se unicuique conveniebat, tollitur per leges, à Potestatibus summis latis, & desinunt actus illi, etiam de rebus suâ naturâ indifferentibus, esse juris privati uniuscujusque. Atque hæc de Auctoris præsupposito, quòd falsum esse, & ratione planè futili niti, ita liquido patet.

§. XLI. Nihil verò rectius habent assertio prima ejusque fundamenta. Libertatem philosophandi, in illis assertam, restringit Auctor ad ea, quæ ad fidem & obedientiam erga Deum non sunt cognita absolute necessaria. Vidimus autem supra §. XX. & seqq. quòd in non necessariis ad fidem & obedientiam numeret omnia dogmata speculativa, præter hæc pauca: Deum esse summè justum & misericordem; eum esse unicum; si omnia patere; ipsum in omnia supremam habere potestatem & dominium: Cultum Dei ejusque obedientiam in sola justitia & charitate consistere; omnes qui hac vivendi ratione Deo obediunt, salvos tantum esse, reliquos perditos; & denique Deum penitentibus peccata condonare. Unde quæ alia de Deo, cum ratione essentiali & attributorum essentialium, tùm ratione personarum spectato, de incarnatione Filii Dei, de ejus per-

persona & naturis, de officio illustrici, de fide in Christum & reconciliatione hominis peccatoris cum Deo &c. Christiana religio continet, quia speculativa sunt, & sub illis paucis exceptis non comprehenduntur, ea, juxta Auctorem, pertinent omnia in classem illorum, de quibus Scriptura uniuersique summam concedit libertatem philosophandi. Et de Deo, ratione essentiae spectato, scribit expressè, quòd *Deus siue illud vera vite exemplar sit, an scilicet ignis, spiritus, lux, cogitatio &c. id uisibil ad fidem attingere, &c.*

Auctoris ineptie.

§. XLIII. Taceo autem nunc, Auctorem heic ineptè in iis, quæ ad obedientiam erga Deum cognitu absolutè necessaria sunt, numerare hæc: *Cultum Dei ejusque obedientiam in sola iustitia & charitate consistere; & Deum poenitentibus peccata condonare: quorum illud simpliciter; hoc eo sensu, quo Auctor, poenitentiae vocem pro nuda contritione accipiens, intelligit, falsum esse, ex mox §. XLVI. & seqq. dicendis patebit. Neque aptius in non necessariis cognitu habet, quid sit Deus, an ignis? an spiritus? an lux vel cogitatio? Quod apertè falsum, nec tam error, quam stupor aut fatuitas est. Cur enim ad fidem nihil attingeat nòsse, quid Deus sit? cum attributa illa, quorum cognitionem Auctor ad obedientiam erga Deum absolutè necessariam esse fatetur, in Dei natura & quidditate fundentur, & absque ea, minimùm confusè sub ratione suppositi intelligentis & à se subsistentis cognita & credità, cognosci & credi non possint, nisi forte ab homine demente, & cui cerebrum est in calcaneo. Nam Deum esse uere vite exemplar, esse summè iustū & misericordem, esse omniscium, habere summum dominium in omnia, & condonare poenitentibus peccata (quæ Auctor in necessariis & fundamentalibus fidei catholice dogmatibus fundamentalibus numerat) supponunt hunc Dei conceptum, ad declarandam ejus essentiam pertinentem, quòd sit suppositū intelligens, atque adeò nec ignis, nec lux, quæ sunt res vite ex-*

Nosse quid Deus sit, an ad fidem pertineat.

per-

perthes; nec cogitatio, quæ suppositi intelligentis actio immanens, non suppositum est. Quis ergo, nisi mente captus aut fatuus, crederet, *Deum esse ignem aut lucem*, atque adeò naturam, vitæ & rationis expertem; & tamen esse *vita vere exemplar, summè justum, misericordem, omniscium, & habere supremum dominium in omnia*? Quid enim: annon omnes, quibus sanum est synciput, norunt, *exemplar vita vere* esse non posse, nisi qui intellectu pollet, & quid justum injustumve sit, intelligit? nec *misericordem* esse posse, nisi qui alterius miseriam cognitam habere, eâque affici potest? nec *omniscium*, nisi qui cognoscendi facultatem habet? nec *dominium supremum in omnia habere*, nisi qui ab alio non dependet, sed à se subsistit, & res omnes gubernare & in suos fines dirigere novit? Quis usque adeò inops est mentis, ut naturæ intelligentis hæc attributa esse, quæ vitæ experti naturæ, qualis *ignis & lux* est, citra palpabilem contradictionem tribui non possint? Sed hæc *q̄s c̄*
na egda.

§. XLIII. Commentum ipsum, cui suam assertionem pri- Fundamen-
mam Auctor superstructum ivit, nempe *Scripturam concedere* tum prius
libertatem philosophandi de his & similibus religionis capiti- excutitur.
bus *unicuique*; quam longè absit à mente Scripturæ, fa-
cilè patebit unicuique, qui vel leviter Scripturam inspexerit.
Gentium Apostolus sub initium *Epistola prioris ad Corinthios*
obsecrat Corinthios suos per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut c. I. 10.
idem loquantur omnes, & non sint inter eos disidia, sed ut sint inte-
gram corpus, eâdem mente & eâdem sententiâ. Quænam verò do-
ctrina sit, de qua idem & loqui & sentire debeant, declarat
Apostolus ibidem: nempe *sermo crucis, qui pereuntibus stulticia;* v. 10.
nobis verò qui salutem consequimur, potentia Dei est, sive doctrina
de Christo crucifixo, qui predicabatur Judæis quidem offendiculum, v. 23. seqq.
Græcis verò stulticia, sed iisdem vocatis Judæis pariter & Græcis, Dei
potentia ac Dei sapientia: cum qua connexa sunt dogmata de

D

fide

A& 10. 44.

Joh. III. 16.

ibid. v. 18.

v. 36.

Rom. III. 22.

v. 24. seq.

v. 28.

Gal. II. 16.

tendit, Scriptura in solidum fidei in Christum adscribit, non obedientiæ erga Deum, sive dilectioni proximi ex Dei mandato: *Huic (Christo) omnes Prophetæ testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, QVIS QVIS CREDIDERIT IN EUM, inquit Petrus. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut OMNIS QVI CREDIT in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, ait Christus ipse; & rursum: qui CREDIT in eum, non condemnatur, qui verò non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non credit in Filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. - Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt. - Justificantur (homines) gratis, Dei gratiâ, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus placamentum per fidem in sanguine ipsius. - Arbitramur fide justificari hominem absque operibus legis. - Scimus, non justificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Jesu Christi; & nos in Christum Jesum credidimus, ut justificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Tantum ergò abest, ut Scriptura vel religionem totam, vel ejus fundamentum totum constituat in obedientia erga Deum, ut ne eam quidem religionis partem, quâ remissionem peccatorum & salutem à Deo consequimur, in illa constituat.*

Auctoritates in contrarium.

c. XIII. p. 153.

Ratio prima.

§. LIII. Auctor tamen rationibus & Scripturæ dictis diversis illud suum commentum, quòd Scriptura religionis fundamentum totum in obedientia erga Deum constituat, probatum ivit, quæ expendenda prius, quàm ad alia progrediamur. Primum urget, *Deum nulla Philosophiâ arcana, sed res simplicissimas tantùm Prophetis revelâsse; Scripturam res eo modo tradere & docere, quò facillimè ab unoquoque percipi possunt; Prophetas non peritis, sed omnibus absolutè Judæis prædicavisse; Apostolos autem doctrinam Evangelicam in Ecclesiis, ubi communis*

omni-

doctrinam (Christi) non offert, cum in domum recipere, esse autem dicere prohibet.

§. XLIV. Ex quibus concludimus ita: Quos Scriptura ita ad unitatem & consensum doctrinae, à Christo & Apostolis praedicatae, adstringit, ut dissentientes ab Evangelio de Christo crucifixo deque gratuita justificatione per fidem in Christum mendaces, inflatos, vaniloquos, antichristos, seductores pronunciet, iisque os obturare jubeat, ut anathema illis dicat, vitare illos jubeat, & in domum recipere, aut eis dicere prohibeat, illis Scriptura non concedit libertatem philosophandi, h. e. sentiendi, statuendi, loquendi & docendi de omnibus speculativis, quae in superius memoratis paucis illis, ab auctore exceptis, non continentur. Sed Scriptura adstringit ita fideles omnes, cum doctores tum auditores, ad unitatem & consensum doctrinae. Ergo Scriptura non concedit unicuique libertatem philosophandi, h. e. sentiendi, statuendi, loquendi & docendi de omnibus speculativis, quae in superius memoratis paucis illis, ab Auctore exceptis, non continentur, imò nemini neq; doctori, neq; auditori, eam concedit. Minor propositio patet ex locis Scripturae adductis; Major autem ex superiori §. XLI. ubi ostensum, quod quae de Christo, de ejus persona, naturis, officio triplici, deque justificatione per fidem in Christum, de personis divinis in una Dei essentia &c. Scriptura docet, in censum illorum non veniant, quae Auctor, velut necessaria, eximit ex censu speculativorum non necessariorum, ad quorum dogmatum unitatem & consensum tamen Scriptura fideles aequè omnes praedictum in modum adstringit. Adstringi enim ad unitatem & consensum doctrinae sub comminatione anathematis & exclusionis à gremio Ecclesiae pugnat è diametro cum jactata ab Auctore libertate philosophandi.

Fundamenti
prioris pro-
batio.

§. XLV. Auctor tamen, ut assertam à se libertatem philosophandi unicuique per Scripturam concedi evincat, contendit, *Scripturam constituere religionem totam, vel ejus fundamentum totum in obedientia erga Deum*, hoc est, ut ipse se explicat, in dilectione proximi ex Dei mandato, nec præter eam quicquam ab homine salvando exigere.

Impugnatur.

§. XLVI. Sed hoc etiam purum putum commentum esse, facile animadvertet, qui quid in suo conceptu religio importet, & quas partes cum per se & suâ intrinsecâ naturâ ipsa contineat, tum Scriptura eidem tribuat, penitiùs consideraverit.

Religionis
acceptio du-
plex.

§. XLVII. Religionis vox accipi solet in significato duplici: Uno stricto & maximè proprio pro habitu voluntatis, quo inclinamur ad reverentiam, devotionem & ad honorem cultumq; , Deo debitù, propter ejus excellentiam, & connotat ex parte intellectus Dei agnitionem rectam; ex parte voluntatis autem virtutes alias, quarum actus imperat, & ad Dei honorem cultumq; dirigit. Altero, laxiori & minus proprio, usu loquendi tamen valde recepto, pro complexu virtutù omnium, quæ circa Deum occupantur, vel saltem ad Deum ejusq; cultum referuntur & ordinantur, si non per se, immediatè, & proximè, mediatè tamen & remotè. Quo sensu *Augustinus* quærenti, *quomodo sit colendus Deus?* respondit: *Fide, spe, charitate colendum Deum*; cultum Dei, in quo, omnium consensu, religio occupatur, constituens in actibus fidei, spei & charitatis, atque adeò religionem ipsam in ipsis virtutibus fidei, spei & charitatis, illarumque complexu.

in Enchir.
c. II.

Quomodo
Auctor eam
accipiat.

§. XLVIII. Auctor videtur religionis vocem in significato posteriori potiùs, quàm in priori accipere, cum religionem totam, vel ejus fundamentum totum *in obedientia erga Deum* consistere ait. Videtur enim obedientiam erga Deum accipere, non pro virtute peculiari, à virtute charitatis distincta, sed pro ipsâ charitate & descendens ex illa spe-

specialibus virtutibus, sive pro complexu virtutum, cum charitatis, tum cæterarum, quæ ex illa prodeunt. Explicat enim obedientiam erga Deum passim locorum per dilectionem Dei & proximi, per amorem proximi ex mandato Dei, & per hoc, quod amamus proximum propter Deum. Quæ proximi dilectio complectitur utique omnia charitatis officia & opera, proximo juxta secundam Decalogi tabulam debita, quæ à diversis virtutibus, quarum quasi mater charitas est, præscribuntur & exercentur. Virtutes autem, à quibus illa charitatis opera prodeunt, non constituunt religionem, in significato priori & stricto acceptam: Hæc enim est virtus, à charitate & cæteris ab ea descendentibus virtutibus distincta, & occupatur præcisè in Dei honore & cultu, ipsi ob suam perfectionem & excellentiam debito, uti ostensum; sed in significato posteriori, pro complexu scilicet virtutum, quæ in operibus charitatis erga proximum occupantur, & quarum actus mediatè saltem ad Deum ejusq; cultū referuntur & ordinantur.

§. XLIX. Utro tandem modo religionis vocem accipiat, neutro tamen dici potest, quod vel per se religio tota in obedientia erga Deum consistat, vel Scriptura sacra totam in illa constituat. Priori enim significato si religio accipiatur, obedientia erga Deum, pro dilectione proximi ex Dei mandato sumpta, habebit se ad eam per modum connotati in obliquo. In casu recto enim religio, sic accepta, importat virtutem, Dei excellentiâ velut motivo proximo nixam, quâ voluntas ad reverentiam erga Deum ipsum & ad ejus cultum & honorem, propter ejus excellentiam & perfectionem ipsi debitum, deferendum inclinatur, & connotat in obliquo obedientiam aliasque virtutes, quarum actus ad Dei honorem & cultum dirigit. Sin posteriori accipiatur significato, obedientia erga Deum est saltem pars illius, & continet suo ambitu eas tantum virtutes, quæ in homine justificato ad sanctimo-

Religio non consistit in sola obedientia.

niam vitæ sese exerunt. Præter has verò complectitur religio, hoc significatu, etiam alios habitus & actus, in quibus nunc pro statu naturæ corruptæ locum primum obtinent illi, quibus homini peccatori Deus, peccatis offensus, reconciliatur, vel certè absque quibus reconciliatio sui cum Deo ei non obtingit: cujusmodi sunt agnitio peccatorum, quibus Deum offendimus, metus iræ divinæ, dolor de peccatis admissis propter Deum offensum, detestatio peccatorum seria &c. quibus actibus peccator in id incumbit, ut peccata patrata non amplius habeat rata, sed, quantum in ipso est, moraliter retractet & aboleat; item agnitio Christi Mediatoris, qui patiendò moriendòque pro peccatis nostris satisfecit, fiducia impetrandæ apud Deum remissionis peccatorum, in Dei gratia Christique merito defixa: quibus idem in abolendam ex parte Dei offensam & injuriam, peccatis ipsi illatam, tendit. Qui actus ex censu actuum religionis, præsertim in altero laxiori significatu sumtæ, quò Auctor eam accipere videtur, excludi minime possunt. Præterquàm enim quòd omnes Deum, ut ens perfectissimum & excellentissimum, cui reverentiam, devotionem & submissionem debemus propter suam excellentiam & perfectionem, respiciunt: Nam agnoscere peccata, quibus Deum offenderis, eique honorem, propter ejus excellentiam ipsi debitum, subtraxeris, timere iram ejus, dolere de admissis peccatis propter illum offensum, confugere ad Christum Mediatorem, fiducià in ejus merito Dei que gratià defixà, & remissionem peccatorum petere, reverentiæ utique, devotionis & submissionis erga Deum, atque adeò religionis strictè sic dictæ actus, vel certè actus, illius actibus admodum affines sunt; cum contra obedientiæ actus, in se absolutè spectati, respiciant Deum præcisè ut habentem jus ac potestatem summam homines ad sui obsequium obligandi; hi etiam præsupponunt illos ita necessario; ut absque illis præviis in homine, jam pro statu natu-

naturæ corruptæ, locum non inveniunt. Non enim Deum, super omnia, & proximum propter Deum diligere, ejusque præceptis ex animo obedire potest, qui non agnoscit sua peccata, non metuit iram Dei, non dolet de admisis peccatis, non agnoscit Christum Mediatorem, ejusque satisfactionem pro peccatis nostris, non defixam in eo habet fiduciam impetrandæ apud Deum gratiæ & remissionis peccatorum, adeoque qui Deum non habet propitium per fidem in Christum. Nam dilectio Dei propter se, & proximi propter Deum, non fertur in Deum, nisi nobis amicum & faventem, adeoque in Deum, nobis placatum reconciliatumque per fidem in Christum, ejusque meritum, fide apprehensum.

§. L. Deinde religio, licet formaliter consistat in actibus voluntatis, connotat tamen ex parte intellectus etiam cognitionem Dei, qualem se in Verbo suo revelavit, cum ratione essentia & attributorum essentialium, tum ratione personarum, ut & cognitionem rectam causarum ac mediocum salutis, quæ pro sua immensa bonitate & gratia Deus instituit, cum primis Christi Mediatoris, & Dei benevolæ in nos voluntatis, quæ nos dilexit in Christo, & in gratiam recipere, vitæque æternæ donare constituit omnes, qui gratiâ Spiritus sancti in Christum crediderint, & in vera in Christum fide, piè ex hac vita decesserint. Quæ cognitio religionis pars usque ad eodè necessaria est, ut Christus *vitam æternam*, h. e. viam, & rationem consequendæ vitæ æternæ in ea constituat: *Hæc*, Joh. XVII. 3. *inquiens, est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Et rursum: *Hæc est voluntas ejus, qui misit me (Patris) ut omnis qui videt (cognoscit) Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Nisi credideritis, quod ego sum, morimini in peccatis vestris.* Et Paulus non judicat se quicquam scire, præter Jesum Christum, & hunc crucifixum; & orat pro Ephesiis suis, ut Deum Dominum nostrum, Jesu Christi, Patrem gloriæ, deo Spiritu

Joh. XVII. 3.

c. VIII. 24.

1. Cor. II. 2

Eph. I. 17. seq.

tum sapientiæ & revelationis, per agnitionem sui, illuminatos oculos mentis suæ, ut sciamus, quæ fides sit, ad quam illi vocavit, & quam opulenta gloria hereditatis illius in Sanctis.

§. LI. Unde meritò miramur, Auctorem provocare tam audacter ad Scripturam, eique tribuere, quòd vel religionem totam, vel illius fundamentum totum constituat in obedientia erga Deum: cum contrarium nullibi non Scriptura doceat. Et fundamentum quidem religionis constituit ea conceptis verbis in Christo Jesu, non in obedientia erga Deum. *Fundamentum, inquit Paulus, aliud nemo potest ponere, præter hoc, quod positum est, quod est JESUS CHRISTUS; qui &*

1. Cor. III. 11. *fideles, velut concives sanctorum & domesticos Dei, superstructos dicit super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, IMO ANGULARI LAPIDE EXISTENTE JESU CHRISTO, hoc est super doctrinam Apostolicam & Propheticam de Christo Jesu, cui velut fundamento universa Ecclesiæ structura innititur. Cum quo consentit & Petrus, qui Christum vocat lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, apud Deum verò electum, de quo dictum sit per Esaiam: Ecce pono in*

Eph. II. 20. *Sion lapidem imum angularem, electum, pretiosum; & qui crediderit in illo, non pudebit; & pronunciat de eodem, quòd non in alio quoquam salus sit: nec aliud nomen sub celo datum inter homines, in quo oporteat nos salvari. Ubi lapis vivus, lapis imus angularis dicitur Christus per metaphoram, quòd in eo Ecclesiæ, velut corporis vivi, & religionis structura tota fundetur, perinde ut ædificii structura tota in lapidibus imis angularibus, ejus fundamenta constituentibus, fundatur. Deinde quas partes religionem per se & suapte naturam includere modò ostendimus, reconciliationem scilicet hominis peccatoris, poenitentiam agentis, per fidem in Christum, & sanctimoniam vite, sive obedientiam erga Deum; eas agnoscit etiam Scriptura sacra usque adeò, ut aperte testetur, sub initium statim plantandæ*

1. Petr. II. 4. *in ter-*

Act. IV. 11. *16.*

Act. IV. 12.

in terris Ecclesiæ & religionis Christianæ, Christi præcurso-
 rem *Johannem Baptistam*, *Christum* ipsum, ejusque *discipulos* &
Apostolos suum ministerium sive munus docendi potissimum
 à prædicatione partis prioris, pœnitentiæ scilicet & fidei in
 Christum, auspiciatos esse. Et *Johannem Baptistam* quidem,
 prædicantem in deserto Judææ, dixisse: *μετάνοειτε*, pœnitentiam agite Matth. III. 1. 2
 sive **RESIPISCITE**: in propinquo enim est regnum caelorum; Marc I. 4.
 cum prædicavisset baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; Luc. III. 3.
 Christum verò post *Johannem*, in carcerem conjectum, eun-
 dem in sensum prædicare cepisse, dicentem: **RESIPISCITE**: Matth. IV. 17.
 enim regnum caelorum; prædicavisset *Evangelium regni Dei*, dicentem: Marc I. 14.
 impletum est tempus, instatq; regnum Dei, **RESIPISCITE ET** seqq.
CREDITE EVANGELIO. Et Discipulos ejus, cum mitterentur
 bini & bini ad prædicandum *Evangelium*, egressos Marc. VI. 12.
 prædicasse, ut **RESIPISERENT**. Quod & ipsius *Apostolos*,
 postquam missi sunt ad docendum omnes *Gentes*, fecisse memorat Matth. ult.
 Scriptura: nempe eos auspiciatos esse munus *Apostolatus* sui à v. 18.
 prædicatione *Evangelii* de *Christo*, atq; à pœnitentiæ concio-
 ne, & interrogatos à compunctis corde *Judæis*, quid sibi a-
 gendum esset, dixisse: *Resipiscite, & baptizetur unusquisq; in nomen* Act. II. 38.
Jesu Christi in remissionem peccatorum: Resipiscite & convertite vos, ut c. III. 10.
deleantur peccata vestra. Quin & Paulum Apostolū misisse *Christū*,
 post suā adscensionem ad cœlos, ad *populos & gentes*, ut ape- c. XXVI. 16.
 rirer oculos eorum, ut converterent se à tenebris ad lucem, & à potestate
Satane ad *Deum*, ut remissionem peccatorum & sortem inter sanctifi-
 catos acciperent, per fidem, quæ est in ipsum. Atque hoc est, quod
 prædixit *Christus*: Sic, inquit, scriptum est, & sic oportebat Luc. XXIV.
Christum pati & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari nomine 16. seq.
 ejus **POENITENTIAM AC REMISSIONEM PEC-**
CATORUM in omnes gentes, initio factò ab *Hierosolymis*.

§. LII. Quò accedit, quòd remissionem peccatorum sive
 justificationem & salutem nostram, ad quam religio ultimò

E

ten-

tendit, Scriptura in solidum fidei in Christum adscribit, non obedientiæ erga Deum, sive dilectioni proximi ex Dei mandato: *Huic (Christo) omnes Propheta testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, QVIS QVIS CREDIDERIT IN EUM, inquit Petrus. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut OMNIS QVI CREDIT in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, ait Christus ipse; & rursùm: qui CREDIT in eum, non condemnatur, qui verò non credit, jam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non credit in Filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. - Justitia Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt. - Justificantur (homines) gratis, Dei gratiâ, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus placamentum per fidem in sanguine ipsius. - Arbitramur fide justificari hominem absque operibus legis. - Scimus, non justificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Jesu Christi; & nos in Christum Jesum credidimus, ut justificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Tantum ergò abest, ut Scriptura vel religionem totam, vel ejus fundamentum totum constituat in obedientia erga Deum, ut ne eam quidem religionis partem, quâ remissionem peccatorum & salutem à Deo consequimur, in illa constituat.*

A& 10. 44.

Joh. III. 16.

ibid. v. 18.

v. 36.

Rom. III. 22.

v. 24. seq.

v. 28.

Gal. II. 16.

Auctoris rationes in contrarium. c. XII. p. 153. Ratio prima.

§. LIII. Auctòr tamen rationibus & Scripturæ dictis diversis illud suum commentum, quòd Scriptura religionis fundamentum totum in obedientia erga Deum constituat, probatum ivit, quæ expendenda prius, quàm ad alia progrediamur. Primum urget, *Deum nulla Philosophiæ arcana, sed res simplicissimas tantùm Prophetis revelasse; Scripturam res eo modo tradere & docere, quo facillimè ab unoquoque percipi possunt; Prophetas non peritis, sed omnibus absolutè Judæis prædicavisse; Apostolos autem doctrinam Evangelicam in Ecclesiis, ubi communis omni-*

omnium fuit conventus, docere solitos esse; Scripturæ insensum non fuisse scientias docere. Ex quibus concludit, Scripturæ doctrinam non continere sublimes speculationes, neque res Philosophicas, sed res tantum simplicissimas, quæ vel à quovis tardissimo possunt percipi, eamque nihil, præter obedientiam ab hominibus exigere. Deinde, quia, inquit, obedientia erga Deum in solo amore proximi consistit; (nam qui proximum diligit, eo scilicet sine, ut Deo obsequatur, is ut Paulus ait in Epistola ad Rom. cap. 13. v. 8. legem implevit) hinc sequitur, in Scriptura nullam aliam scientiam commendari, quàm quæ omnibus hominibus necessaria est, ut Deo secundum hoc præscriptum obedire possint, & quâ ignoratâ, homines necessariò debent esse concumaces, vel saltem sine disciplina obedientia; reliquas autem speculationes, quæ huc directè non tendunt, sive ea circa Dei, sive circa rerum naturalium cognitionem versentur, Scripturam non tangerent, atque adeò à Religione revelata separandas esse. Tertiò dicit, intellectualem sive accuratam Dei cognitionem non esse donum, omnibus fidelibus commune, sicut obedientiam; & cognitionem illam, quam Deus per Prophetas ab omnibus universaliter petiit, & unusquisque scire tenetur, nullam esse, præter cognitionem divinæ ejus justitiæ & charitatis. Quod probat ex Exod. VI. 2. Et revelatus sum Abraham, Isaac & Jacob Deo Sadai, sed nomine meo Iehova non sum cognitus ipsis. Ubi notat, in Scriptura nullum nomen, præter Iehova, reperiri, quod Dei absolutam essentiam, sine relatione ad res creatas, indicet. Et quia Deus Mosi dicit, se nomine Iehova non fuisse Patribus cognatum, inserit hinc, Prophetas nullum Dei attributum norisse, quod ejus absolutam essentiam explicat, sed tantum ejus effecta, & promissa, hoc est, ejus potentiam, quatenus per res visibiles manifestatur, atque adeò homines ex mandato non teneri Dei attributa cognoscere, sed hoc peculiare esse donum, quibusdam tantum fidelibus concessum. II. Deum nullam etiam sui cognitionem ab hominibus per Prophetas petere, quàm cognitionem divinæ justitiæ & charitatis, hoc est, talia Dei attributa, quæ homines certâ vivendæ ratione imitari possunt, dicit

ib. p. 154.

p. 153.

p. 154.

Altera ratio.

ibid.

Jeroniam docere expressis verbis. Nam cap. 22. v. 15. 16. de Rege Josia loquentem dicere hac: Pater tuus quidem comedit, & bibit, & fecit iudicium & justitiam, tunc ei bene (fuit) iudicavit ius pauperis & indigentis, tunc ipsi bene (fuit) nam hoc est me cognoscere, dixit Jehova. Et cap. IX. v. 24. Sed in hoc tantum gloriatur unusquisque, me intelligere & cognoscere, quod ego Jehova facio charitatem, iudicium & justitiam in terra, nam his delector, ait Jehova. Quò refert etiam, quòd Exod. XXXIV. v. 6. 7. Deus Mosi, cupienti ipsum videre & noscere, nulla alia attributa revelat, quam quæ divinam iustitiam & charitatem explicantes; & quòd Johanni, quia nemo Deum vidit, Deum per solam charitatem explicat, concluditque, eum revera Deum habere, qui charitatem habet. Quartò denique urget, quòd Scriptura nullam Dei definitionem expressè tradat, nec alia Dei attributa amplectenda, præter modò dicta, præscribat, nec ex professo, ut hæc, commendat. Ex quibus omnibus, inquit, concludimus, intellectualem Dei cognitionem, quæ ejus naturam, prout in se est, considerat, & quam naturam homines certa vivendi ratione imitari non possunt, neque tanquam exemplum sumere, ad veram vivendi rationem instituendam, ad fidem & religionem revelatam nullo modo pertinere, & consequenter homines circa hæc sine scelere toto caelo errare posse.

§. LIV. Verùm his omnibus Auctor nihil minus evincit, quam id, quod probandum sibi sumserat. Quod enim primò dicitur, Deum nulla Philosophia arcana, sed tantum res simplicissimas Prophetis revelasse, easque tradere & docere eo modo, quo facillimè ab unoquoque percipi possent; & quod hinc inferitur, Scripturam doctrinam non sublimes speculationes, neque res Philosophicas continere, sed res tantum simplicissimas; id si totum concedamus, nullâ tamen consequentiæ lege hinc inferri poterit, Scripturam constituere religionis fundamentum eorum in obedientia erga Deum, & præter eam, nihil ab hominibus exigens, ut d. I. Auctor ineptissimè inferit. Quid enim r'annon potest Scriptura, præter obedientiam hanc, etiam alias res ab arcanis Philosophiæ & sub-

& sublimibus speculationibus remotas eo tradere modo, quo facilimè ab unoquoque percipi possint, quæ tamen homini salutem adepturo non minùs cognitu necessariæ sint, quàm obedientia erga Deum: Annon res simplicissimæ sunt, a speculationibus & arcanis Philosophicis remotissimæ, quas de Christo, Mediatore Dei & hominum unico, de ejus incarnatione, de satisfactione pro peccatis, ejus passione & morte peractâ, de reconciliatione hominis peccatoris cum Deo per præstitam ab ipso satisfactionem pro peccatis, fide apprehensam, Scriptura tradit? annon eadem Scriptura eo modo docet, quo facilimè ab unoquoque percipi possint? Quas tamen, ut paulò antè ostensum, ad salutem cognitu & creditu prorsus necessarias pronuntiat.

§. LV. Deinde quod dicitur, *Scriptura doctrinam continere tantum res simplicissimas, quæ à quolibet vel tardissimo possunt percipi*, simpliciter verum non est. Sciendum ergo, res, in Scripturis traditas, dici posse *simplicissimas* duplici sensu: Uno ex parte modi proponendi, quod quoad τὸ ὄν: simplici, plano & captui vulgi accommodato modo docendi proponatur. Altero ex parte sui, quòd ipsæ res in se & suâ naturâ ita simplices, perspicuæ & intellectu faciles sint, ut à quovis homine, etiam qui tardissimi ingenii est, capi possint. Auctor utroque sensu assertionem intelligit. Priori quidem, quando inter alia scribit, *Scripturam res eo modo tradere & docere, quo facilimè ab unoquoque percipi possunt; quæ scilicet non ex axiomaticis & definitionibus res deducit, & concatenat, sed tantum simpliciter dicit, & ad fidem faciendam solâ experientiâ, miraculis scilicet, & historicis dicta confirmat, quæque etiam tali stylo & phrasibus narrantur, quibus maxime plebis animus commoveri potest.* Posteriori autem sensu: quia *res simplicissimas*, quas Scripturæ doctrinam continere dicit, contradistinguit cum *arcanis Philosophiæ, & speculationibus sublimibus, cum profundis mysteriis, nec quicquam sublime*

Res dicuntur simplicissimæ duplici sensu.

cap. XIII.

p.153.

conf c. VI.

p.64.

c.XIII.p.153.

aut mysterii profundi, quod humanæ rationis captum excedat, in ea agnoscit. Postquam enim dixerat, *Scriptura doctrinam non sublimes speculationes, neque res Philosophicas continere, sed res tantum simplicissimas, quæ vel à quo vi tardissimo possunt percipi;* subjungit: *Non satis itaque mirari possum eorum ingenia, qui tam profunda in Scriptura vident mysteria, ut nullâ humanâ linguâ possint explicari &c.* Quò accedit, quòd in Scripturæ doctrina nihil speculatiui agnoscit, præter hæc asserciones: *Dari Deum, siue ens, quod omnia fecit, & summâ sapientiâ dirigit & sustentat, & quod hominum summam habet curam, nempe eorum, qui piè & honestè vivunt: reliquos autem multis suppliciis ponit, & à bonis segregat;* quæ qui siue ex Scriptura, siue citra Scripturam ex solo lumine naturalis novit, & deinde veram vivendi rationem habet, eum pronuntiat beatum. Quæ utique res sunt, in se & sua natura simplicissimæ, nihil sublime, mysterii nihil continentis.

§. LVI. Quanquam verò non inficiamur, Scripturæ doctrinam eâ parte, quâ continet dogmata, cognitu & creditu ad salutem necessaria, concernere res, ex parte modi proponendi simplicissimas, & quarum GÖTI facilè à quòvis ex Scripturæ verbis percipi potest: negamus tamen, quòd tantum contineat res, in se & suâ naturâ simplicissimas, quæ nihil profundi, nihil mysterii habeant. *Paulus enim testatur prolixè, se prædicare sapientiam Dei in mysterio (latentem), reconditam illam, quam præsinerat Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo Principum seculi hujus cognovit.* Quænam verò sit hæc sapientia Dei, intelligitur ex sequentibus: *nam si cognovissent, haud quaquam Dominum gloriæ crucifixissent; & Nos verò non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Christo donata sint nobis: nempe sapientia Dei in mysterio latens, recondita illa, est sapientissimum Dei consilium de salute, generi humano per Christum ejusque acerbissimam passionem & mortem reparandâ, ab æterno initum, quod usque adeò*

adeò plenum eſt myſterii, hominumque captum excedit, ut prædicatum Judæis offendiculo, Græcis ſtultitiæ fuerit, juxta illud: *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum Judæis quidem offendi- culum, Græci verò ſtultitiæ, ſed iſdem vocati, Judæis pariter & Græcis, Chriſtum Dei potentiam & Dei ſapientiam.* Quamobrem etiam Apoſtolus laudatus Evangelium ſuum & præconium de Chriſto vocat *revelationem myſterii, temporibus æternis taciti: myſterium, quod erat abſconditum à ſeculis in Deo: myſterium, quod reconditum fuit à ſeculis & à generationibus; & quòd Deus manife- ſtatus eſt in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu, viſus eſt Angelis, prædi- catus eſt gentibus, fides illi habita eſt in mundo, receptus eſt in gloria,* ἰδὸμολογήμενος μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, *citra controver- ſiam (ut Eraſmus vertit) magnum præcæti myſterium appellat.* Ne quis verò exiſtimet, hæc dici de Evangelio de Chriſto, priusquàm revelaretur à Deo; poſtquàm verò revelatū eſt, id non amplius habere rationem myſterii, ſed continere res, quæ à quovis vel tardiſſimo intellectu facilimè capi poſſint, docet Apoſtolus porro, *animalem hominem non capere ea, quæ ſunt ſpi- ritus Dei, eſſe enim ei ſtultitiam, nec poſſe ea cognoscere, quòd ſpiritu- aliter dijudicentur,* idque paulò antè oſtenderat exemplo Ju- dæorum & Gentium, quorum illi ex prædicatione *Chriſti cru- cifixi* offendebantur; hi eandem ut ſtultam rejiciebant. Quid ergo miratur Scurra improbus *ingenia hominum, qui tam pro- funda in Scriptura vident myſteria, ut nullà linguâ humanâ poſſint explicari,* cum ipſe Gentium Apoſtolus, lumine ſupernaturali colluſtratus, myſteria tam profunda in ea videat, & ad illa accommodet illud *Jeſaiæ: quæ oculus non vidit, & auris non audi- vit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparavit Deus dili- gentibus ſe.*

I. Cor. I. 23.

Rom XVI. 25

Eph. III. 9.

Col. I. 26.

I. Tim. III. 6.

I. Cor. II. 14.

c. I. 23.

c. LXIV. 4.

I. Cor. II. 9.

§. LVII. At, inquiet Auctor, ita Scriptura non plebi & rudi vulgo, ſed peritiſſimis tantum & maximè Philoſophis ſcripta eſſet, quod abſurdum.

Exceptio.

c. XIII. p. 158.

Resp.

§ LVIII. Resp. negando consequentiam. Scripta usiq; sunt plebi etiam & rudi vulgo, quæ creditu ad salutem necessaria sunt, ita quidem, ut verba & modus proponendi omnium captui sit accommodatus, quamvis ipsæ res in se profunda mysteria, & quæ hominum captum longè excedunt, contineant. Ad fidem enim sufficit § *iti* assensu firmo, eoque divinæ revelationi innixto, tenuisse, licet § *di* rerumque naturam, causas, & affectiones intellectu assequi non valeas. In his talibus enim intellectus cum suis cogitationibus captivandus est sub obsequium Christi.

2. Cor. X. 5.

Resp. ad II.
prob.

§. LIX. Atque ita primam Auctoris probationem futilem esse, nihilque minùs evincere, quàm quòd *Scriptura religionis fundamentum totum in obedientia erga Deum constituat*, liquidò patere existimamus. Neque rectius habet ejusdem probatio altera, quòd *obediencia erga Deum in solo amore proximi consistat*. Primum enim si hoc largiremur, non tamen inde sequeretur, *religionis fundamentum totum consistere in obedientia erga Deum*, vel *in Scriptura nullam aliam scientiam commendari, quàm quæ omnibus hominibus necessaria est, ut Deo secundum hoc prescriptum obedire possint*, ut rursus Auctor ineptissime infert. Ostendimus enim & evicimus supra, *obedienciam erga Deum & dilectionem proximi* constituere unam tantùm partem religionis, eamque naturâ posteriorem; alteram verò constituere actus, quibus Deo, peccatis offenso, hōmines peccatores reconciliantur, vel certè absque quibus reconciliatio sui cum Deo offenso homini peccatori non obtingit: cujusmodi sunt actus pœnitentiæ & conversionis ad Deum, & cumprimis actus fidei in Christum, quibus Christi meritum & satisfactio pro peccatis Deo ad placandam ejus iram exhibetur; & actus contritionis prævii, quibus hominis peccatoris cor durum emollitur, atque id agitur, ut peccata patrata non amplius habeantur rata, sed moraliter retractentur, & accendendæ fi-

dei

dei in Christum via quasi sternatur. Unde si vel maximè verum esset, *obedientiam erga Deum consistere in solo amore proximi*, adhuc tamen fixum inmotumq; maneret, quòd, præter eam, etiam fides in Christum, quâ Deo reconciliamur, ad religionem veram requiratur, & præter *scientiam, quæ necessaria est omnibus, ut Deo secundum hoc præscriptum obedire possint*, etiam eam Scriptura scientiam (ut cum Auctore loquar) commendat, quæ omnibus necessaria est ad hoc, ut ad Deum se converterent, & in Christum credere, Deoq; fide in Christum reconciliari possint. Deinde *obedientiam erga Deum consistere in solo amore proximi*, falsissimum est. Nam quemadmodum lex divina, quæ obedientiâ erga Deum præscribit, duas complectitur tabulas sive partes: unam, quâ dilectionem Dei super omnia, & qui inde resultant, actus filialis timoris, spei, invocationis, gratiarum actionis, laudationis; alteram quâ dilectionem proximi, & omnes ex ea resultantes actus atq; officia humanitatis erga illum, præcipit & obedientia erga Deum, præter amorem proximi, complectitur etiam dilectionem Dei super omnia, fidem Deo habendam, timorem Dei, spem in Deo collocandam, & alios circa Deum occupatos actus laudis & gratiarum actionis. Quamobrem & Christus legem *in duo magna præcepta*, & porro *obedientiam erga Deum in duas partes dispescit*. Prius præceptum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tuâ*. Alterum est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. De illo dicit: *Hoc est primum & magnum præceptum*; de hoc, quòd *illi simile sit*. Illi respondet ea obedientiæ pars, quæ in dilectione Dei super omnia; huic, quæ in dilectione proximi occupatur.

Matth. XXII.
37. seq.

§. LX. Quod autem Apostolus dicit: *Qui diligit proximum, legem implevit*; non est intelligendum absolute & simpliciter, sed *συνεχώς*, & habito respectu ad materiam subjectam, de qua ei sermo est. Loquitur autem de mutuis charitatis of-

Rom. XIII. 8.

ficiis, quæ sibi invicem fideles debent, hortaturque, ut reddamus omnibus, quod debetur, cui tributum, tributum; cui veltigal, veltigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem, & ut nemini quicquam debeamus, nisi hoc, ut invicem diligamus, subjectâ exhortationis ratione, quòd qui diligit alterum, legem impleverit. Quod non potest aliter intelligi, quàm de impletione legis ex ea parte, quâ dilectionem proximi præcipit, atque adeò de impletione legis, non absolutè & simpliciter, sed secundum eam partem, quæ opera charitatis erga proximum præscribit. Quo sensu etiam alibi laudatus Apostolus: *Tota*, inquit, *lex in uno verbo completur, nempe hoc, Diliges proximum tuum, ut te ipsum:* nempe tota lex, quæ agit de charitatis officio erga proximum, completur uno hoc præcepto; non autem lex tota absolutè & simpliciter, quippe quæ aliud insuper, idque magnum & omnium primum præceptum de diligendo Deo super omnia complectitur, uti ipsius Christi verbis modò ostensum est. Hinc autem non sequi, *obedientiam erga Deum consistere in solo amore proximi*, quis tam cæcus est, ut non videat:

Gal. V. 14.

Resp. ad III.
prob.

§. LXI. Quod tertio loco Auctor urget, *intellectualem sive accuratam Dei cognitionem non esse donum, omnibus fidelibus commune, ut obedientiam*, vel potius ut cognitionem præceptorum de obedientia, Deo præstandâ, non inviti concedimus. Obedientia enim dependet à præceptis decalogi, quæ naturâ omnibus nota sunt. Accurata autem cognitio Dei dependet vel ex demonstrationibus, à posteriori ex rebus creatis deductis, quarum non omnes æquè capaces sunt; vel ex revelatione supernaturali, quæ non omnibus æquè obvia est, licet ipsorummet culpâ. Inde autem rursus non rectè concluditur, *religionis fundamentum totum consistere in obedientia erga Deum*, sed si quicquam, hoc concludi potest, religionis fundamentum non consistere in cognitione Dei accurata. Quo tamen

non

non obstante manet inconvulsus, quod supra ex Scriptura ostendebamus, religionis fundamentum esse *Jesus Christum*, Mediatorem Dei & hominum unicum, quo tamen connotatur Dei, ratione cum essentia & benevolæ suæ in nos voluntatis, tum ratione personarum spectati, tanta cognitio, quanta ad fidem in Christum concipiendam æquè omnibus salutem adepturis necessaria est. Cui nihil obest, quod ibidem Auctor contendit, *cognitionem illam (Dei) quam Deus per Prophetas ab omnibus universaliter petit, & unusquisque scire tenetur, nullam esse, præter cognitionem suæ justitiæ & charitatis.* Quod si enim faciamus verum esse, non tamen hinc sequetur, *religionis fundamentum totum consistere in obedientia erga Deum.* Nam vi justitiæ divinæ tenentur peccatores vel ad pœnam, peccatis debitam; vel ad satisfactionem pro peccatis; & quod Christus passus est pro nobis, mortemque ignominiosissimam sustinuit, id totum acceptum ferendum est justitiæ divinæ, ut ei nostro loco pro peccatis nostris satisfaceret, & iram Dei Patris adversus peccata placaret: cum nos id præstare non possemus. Quod autem satisfactionem, ab alio, Christo scilicet, pro peccatis nostris præstitam, Deus tanquam nostram acceptat, nosque illius intuitu, peccatis nobis condonatis, in gratiam recipit per fidem in Christum, quâ ejus satisfactionem apprehendimus, Deoque, ut nostram, exhibemus, totum gratiæ sive charitati Dei, quâ dilexit nos, cum adhuc peccatores essemus, adscribendum est. Hinc tantum abest, ut cognitio justitiæ & charitatis divinæ, quam Deus universaliter ab omnibus per Prophetas exigit, cognitionem Christi Mediatoris, & fidei in Christum excludat, ut eam potius implicite includat, & utramque æquè universaliter ab omnibus exigi, rectè hinc colligatur.

§. LXII. - Interim verba allegata: *Et revelatus sum Abrahamo, Isaac & Jacobo Deo Sadaï, sed nomine meo Jehorab non sum co-* Iocus
Exod. VI. 2.

Jes. XLII. 8.
c. XLIII 16.

Gen IV 11.

ib. v. 26.
c. XII. 8.
c. XIII. 4.
c. XV. 7.
c. XIII. p. 156.

gnicus ipsis; minimè evincunt id, ad quòd evincendum afferuntur, nempe accuratam Dei cognitionem non esse donum, omnibus fidelibus a què commune. Ea enim non accipienda sunt de notitia nuda nominis Jehova, quòd nullo modo id ante Mosen cognitum fuerit: cum expressè dicat Deus: *Ego Jehova, hoc est nomen meum*, & quidem, Jesàia teste, à seculo; eoq; ante Mosen usi legantur varii: v. g. *Eva*, cum peperisset Cainum, præ gaudio in hæc erupit verba: *Acquisivi virum* יְהוָה *Jehovam*; tempore *Enoschi* captum est publicè invocari nomen *Jehovæ*. Abraham etià ædificavit altare *Jehovæ*, & invocavit nomen *Jehovæ*. Et eidem dixit Deus ipse: *Ego Jehova* &c. Neq; est, ut regerat Auctor Tractatus, Mosen descripsisse res superiorum temporum verbis suâ ætate usitatis, per anticipationem. Quanquam enim non diffitemur, id quandoque fieri, præsertim cum ex suo arbitratu Auctores historiam conscribunt: à Mose tamen tum id factum, cum ipsa Dei & Patriarcharum verba recitanda fuerunt, illorumque verba aliis, illius tempore usitatis, verbis commutata esse, credibile non est. Nisi enim verbis, à Deo usurpatis, Dei auctoritas; & verbis, à Patriarchis usurpatis, Patriarcharum fides, in quibus Mose aliquid mutare non conveniebat. Dicendum ergo, memorata verba Dei intelligenda esse de cognitione experimentalis per effectum, veritatem nominis Jehova comprobantem; nempe Deus revelaverat, h. e. manifestaverat se Patriarchis plus simplici vice *in Deo omnipotente*, h. e. *ut Deus omnipotens*. Nam se esse Deum omnipotentè ostenderat ipso facto per opera creationis & providentiæ, per diluvium, per everisionem Sodomorum, per Patriarcharum vocationem & protectionem in medio Cananæorum. Sed *in nomine Jehovæ*, h. e. *ut Deum*, & in suo esse & in promissis suis immutabilè (vox *Jehovæ* enim denotat Deum, qui est suū esse, & à quo ipsius promissiones accipiunt esse, & complementū suum) nondum ipso facto sive comple-

plemento se ostenderit, sed id nunc demum se facturū significas, cū educendo populum Israēliticum ex Ægypto, eumque in promissam Patribus terram Canaan introducendo ipso opere, quod promiserat, completurus sit. Hunc esse genuinum verborū sensum faciliē ex contextu, si chartæ angustia ferret, ostendi posset.

§. LXIII. Hinc rursus ineptē Auctor: *Jam, inquit, quandoquidem Deus Mosi dicit, se nomine Jehova non fuisse Patribus cognitum, sequitur, eos nullum Dei attributum novisse, quod ejus absolutam essentiam explicat, sed tantūm ejus effecta, & promissa, hoc est, ejus potentiam, quatenus per res visibiles manifestatur.* Præterquam enim quod hāc illatione fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter committit: accipit enim simpliciter, quod Mosi dixerat Deus, *se nomine suo Jehova non cognitum fuisse Patribus*, cū, uti ostensum, secundum quid accipiendum esset; repugnat etiam, Patres habuisse cognitam potentiam Dei, per res visibiles manifestatam; & tamen nullum attributum, quod Dei essentiam absolutam explicet, cognitum habuisse. Quid enim? annon omnia attributa divina cum Dei essentia absoluta simplicissimè unum sunt, eamque explicant? Quamvis enim nobis à posteriori demum & ex effectis, vel per comparisonem cum rebus creatis innotescant, deducunt tamen nos in notitiam ipsius absolutæ essentiæ divinæ, quæ in se ab omni æternitate, cum nondum ulla esset creatura, est omnipotens, verax, immutabilis, justa, misericors &c. Quod autem dicit Auctor, *Patres ante Mosē tantūm cognita habuisse effecta essentiæ divinæ, & promissa, falsum est.* Quemadmodum enim effecta testantur de sua causa, ita ex effectibus essentiæ Dei absolutæ cognitæ cognitam etiam habuerunt essentiam ejus absolutam, juxta illud Apostoli: *Invisibilia Dei inde à condito mundo ex rebus factis intellecta per videntur, æterna scilicet ejus divinitas & omnipotentia.*

Rom. I. 19.

Quod ne Auctor quidem diffiteri potest, quippe qui ibidem fatetur, Patres ante Moſen credidiſſe Dei promiſſa fixa rataq;. Si crediderunt ea fixa & rata, crediderunt utique, atque adeo & cognitam habuerunt Dei veritatem in ſervandis promiſſis, atque adeo cognitum habuerunt, Deum eſſe Jehovam, h. e. eum, qui ut ſuum eſſe eſt, ita & promiſſis ſuis dat eſſe ſuum, eaque certò & inſallibiliter ſervat & implet, licet nondum opere aliquo inſigni id ipsis notum feciſſet, ut ſe omnipotentem eſſe notum fecerat. Sed hæc *οἷς ὁ παρὸς*!

Loca Jer. c.
22. 15. & alia
expéduntur.
ex c. XII. 15.

§. LXIV. Expendemus porro loca Scripturæ, quibus probatum it, Deum nullam aliam ſui cognitionem ab hominibus per Prophetas exigere, quàm divina juſtitia & charitatis. In loco Jeremia priori non plus dicitur, quàm eum, qui facit facit judicium & juſtitiam, qui judicat pro pauperis & indigentis, ipſo opere oſtendere, ſe cognoſcere Jehovam, quòd & in ſe juſtus ſit, & a nobis juſtitiam exigat, & revereri eum. Verbum cognoſcendi enim accipitur hîc, uſu Scripturis recepto, non pro notitia nuda, ſed pro notitia cum affectu cordis conjuncta. Quod autem nullam aliam ſui cognitionem Deus ab hominibus per Prophetas exigat, quàm cognitionem ſuæ juſtitia, quibus quaſo fidiculis Auctor hinc extorquebit. In loco altero Jeremia Deus jubet unumquemque in hoc gloriari, quòd intelligat & cognoſcat, ſe eſſe Jehovam, facientem charitatem, judicium & juſtitiam in terra, cum quo his delectari. Ex quo rurfum inſulſiſſimè inferitur, Deum nullam aliam ſui cognitionem, quàm cognitionem ſua juſtitia & charitatis, ab hominibus per Prophetas exigere. Rurfum enim ex propoſitione abſoluta inferitur excluſiva, quam inferendi rationem vel pueri in ſcholis rident. Par planè ratio eſt duorum reliquorum locorum ex Exod. XXXIV. 6. 7. & 1. Job. IV. 7. 8.

Reſp. ad IV.
probatio-
nem.

§. LXV. Neque etiam ad rem facit, quod quarto & ultimo loco Auctor urget, Scripturam nullam Dei definitionem expref-

*presè tradere, nec alia Dei attributa amplectenda, præter modò dicta, justitiam scilicet & charitatem præscribere, aut ex professo, ut hæc commendare. Si enim faciamus, rem ita habere, non tamen hinc sequetur, fundamentum religionis eorum consistere in obedientia erga Deum, quod concludendum erat. Quamvis enim cognitio essentia divinae, vel attributorum aliorum, quàm justitiæ & charitatis, ad fidem & religionem necessaria non esset, adhuc tamen fixum firmumque maneret, quòd dicit Gentium Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quòd positum est, quòd est Jesus Christus, I. Cor. III. II.* adeoque adhuc cognitio Christi Mediatoris, ejusque satisfactionis pro peccato ad fidem & religionem necessaria esset. Deinde nec rectè inferri posset: *intellectualem Dei cognitionem, quæ ejus naturam, prout in se est, considerat, & quam naturam homines certâ vivendi ratione imitari non possunt, neque tanquam exemplum sumere ad veram vivendi rationem insituendam, ad fidem & religionem revelatam nullo modo pertinere, & consequenter homines circa hanc sine scelere toto celo errare posse, quòd Auctor infert.* Ad hoc enim, ut rei cujusdam cognitio pertineat ad fidem & religionem, non requiritur necessariò, ut ejus definitionem Scriptura expressè tradat, ejusve naturam homines certâ vivendi ratione imitari possint: ipse enim Auctor pronunciat, *Scripturam res eo modo tradere & docere, quo facilimè ab unoquoque percipi possunt; quæ scilicet non ex axiomatis & definitionibus res deducit & concatenat, sed tantum simpliciter dicit* &c. neque diffitetur, ad fidem & religionem pertinere nonnullas notitias de Deo, quæ merè speculativæ sunt, & quas homines certâ vivendi ratione imitari non possunt; sed ut ad fidem & religionem revelatam aliquid pertineat, sufficit, quòd in Scripturis ita traditum sit; ut quantum ad fidem & religionem sufficit, percipi queat, & ad fidei ac religionis finem, hominum salutem scilicet, qualiscunq; ejus cognitio referatur. Deniq; ad hoc etiam, ut cognitio aliorum*

c. XIII. p. 153.

ibid. p. 154.

rum

rū divinatorū attributorum, præter justiciam & charitatem, ad fidem & religionem pertineat, non requiritur; ut ea *æquè* ac hæc, *Scriptura ex professo commendat*, sed sufficit, si Scriptura illa revelet, & fide amplectenda præscribat. Norma enim credendorum & fidei est revelatio divina, quæ in Scriptura sacra continetur: à qua sine scelere recedere, & toto cælo errare non potest, qui hominis fidelis nomen tueri vult. Tertio quamvis Scriptura nullam Dei exactam definitionem expressè tradat, describit tamen eum passim locorum ab attributis diversis, ex quibus de ejus natura & quidditate tanta cognitio, quanta ad fidem & religionem sufficit, hauriri facile possit. Describit enim eum, quod sit *Spiritus Job. IV. 24. intelligens & volens, Psal. CXLVII. 5. sapiens, Rom. XVI. 27. omniscius, Ebr. IV. 3. quod à se & independens sit, Es. XLI. 4. c. XLIV. 6. c. XLIII. 10. quod sit verax, Rom. III. 3. 4. Num. XXIII. 19. iustus Psal. CXIX. 137. misericors, Exod. XXXIV. 6. Luc. VI. 36. omnipotens, Gen. XVII. 1. Matth. XIX. 26. quod sit æternus, Gen. XXI. 33. Esa. XL. v. 28. Job. XXXVI. 26. Rom. XVI. 26. c. 1. 20. infinitus, Psal. CXLV. 3. immensus, Ier. XXIII. 23. Psal. CXXXIX. 7. 8. 1. Reg. VIII. 27. incorruptibilis & immortalis Rom. I. 23. 1. Tim. I. 17. c. VI. 16. Ex quo patet & illud esse falsum, quod dicit Auctor, Scripturam nulla Dei attributa, præter justiciam & charitatem, amplectenda præscribere.*

Assertio I.
Auctoris

impugnatur.

§. LXVI. Et tantum de assertionis primæ fundamento priori, deque rationibus, quibus illud stabilitum ivit. Quibus cadentibus, cadit oppidò ipsa assertio prima, quæ erat: *In iis, quæ ad fidem (ex ejus quidem opinione) & obedientiam ergà Deum non sunt absolutè necessaria cognitæ, posse libertatem philosophandi, h. e. sentiendi, loquendi & docendi unicuique à Potestatibus summis, salva pietate, concedi.* Primum enim Auctor ex censuræ eorum, quæ ad fidem & religionem cognitu absolutè necessaria sunt, multa excludit, quæ jam pro statu naturæ corruptæ

cognitu

ad eam cognitu absolute & simpliciter necessaria esse, superius evicimus. In iis autem, quæ ad fidem & religionem cognitu absolute necessaria sunt, libertatem philosophandi, h. e. sentiendi, loquendi & docendi, à Potestatibus summis, salvâ pietate, concedi non posse, Auctor fateatur vi restrictionis, suæ assertioni primæ adjunctæ. Neque ratio hujus rei obscura est. Ad pietatem enim pertinet fides, quâ creditu necessariis assentimur, & quemadmodum salvâ fide in iis, quæ creditu necessaria sunt, libertas philosophandi concedi non potest, ita nec pietate salvâ. Deinde fieri potest, ut aliquid non quidem ad unam religionis partem, ad obedientiam scilicet erga Deum, si-
ve ad dilectionem proximi ex Dei mandato; ad alteram tamen ejus partem, quæ in conversione hominis peccatoris ad Deum ejusque reconciliatione cum Deo consistit, absolute & simpliciter necessarium sit cognitu, v. g. ad obedientiam si-
ve dilectionem proximi cognitu absolute necessariis non sunt actus contritionis, non satisfactio Christi pro peccatis, non fides in Christum, quâ ejus meritum apprehenditur, Deoque peccatis offenso, velut ἀλλυτρον pro peccatis nostris, ad placandam ejus iram, exhibetur; ab horum cognitione enim dilectio proximi non dependet; quæ etiam ab Auctore non numerantur in iis, quorum cognitio ad eam absolute necessaria sit; Ad conversionem tamen & reconciliationem hominis peccatoris cum Deo cognitio illorum absolute & simpliciter necessaria est. Nam conversio hominis peccatoris ad Deum per essentiam est aversio quædam à peccatis, & tendentia ad Deum, peccatis offensus, placandum, nobisque reconciliandum, ut nos, peccatis nobis condonatis, in gratiam recipiat. Aversio autem à peccatis consistit in actibus contritionis, quibus peccata agnoscimus, de iis dolemus propter Deum, & eadem detestamur ita ferio, ut si fieri posset, patrata scelera vellemus reddere infecta. Absque his actibus hominem peccatorem ad

G

Deum

1. Tim. II. 5.
Ebr. IX. 26.

2. Joh. II. 1.

Job. III. 18.

Deum converti, eique reconciliari impossibile est. Tendentia autem in Deum ad placandam ejus iram, & ad eum nobis reconciliandum, consistit in actibus fidei in Christum, quibus ejus meritum & satisfactio pro peccatis nostris apprehenditur, Deoque, peccatis offenso, velut *λύτρον* pro peccatis nostris exhibetur. Quemadmodum enim Christus, *unus ille Mediator Dei & hominum, semetipsum dedit ἀνταπόδοσιν pro omnibus; & ad peccatum per immolationem sui ipsius abolendam in consummatione seculorum semel satisfactum est*, estque propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum, sed et pro totius mundi (peccatis): ita absq; fide, in eum, velut mediatorem Dei & nostri, & propitiatorem pro peccatis nostris desinā, ira Dei adversus peccata placari, Deusq; peccatis offensus, nobis reconciliari non potest. Quamobrem & Scriptura in locis supra allegatis remissionem peccatorū & salutem nostram aperte credentibus in Christum adscribit, incredulis autem denegat. *Qui credit in eum (Filium Dei) non condemnatur: qui verò non credit, jam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.* Sicut ergò in iis, quæ ad obedientiam erga Deum cognitu absolute & simpliciter necessaria sunt, juxta Auctorem, propterea quòd ita necessaria sunt cognitu, libertas philosophandi, pietate salvā, à Potestatibus summis concedi non potest; ita nec in illis, quæ ad conversionem & reconciliationem hominis peccatoris cum Deo absolute & simpliciter necessaria sunt cognitu, propterea quòd ad eam ita necessaria sunt cognitu, ea, pietate salvā, à Potestatibus summis concedi potest. Est enim utrobique par ratio. Nam conversio & reconciliatio hominis peccatoris cum Deo non minus est religionis pars necessaria, quàm obedientia erga Deum, sive dilectio proximi ex Dei mandato. Si ergo propterea libertas philosophandi in iis, quæ ad obedientiam erga Deum cognitu absolute necessaria sunt, à Potestatibus summis, salvā

pie-

pietate, concedi non potest, quòd ad eam, velut ad religionis partem necessariam, ita necessaria sunt cognitu, quidni & in illis, quæ ad conversionem hominis peccatoris, ejusq; reconciliationem cum Deo, velut ad partem religionis omnium primam, absolutè necessaria sunt cognitu, idem valeat:

§. LXVII. Porro æquè lubricum est ejusdem assertio-
 nis primæ fundamentum alterum, quòd *fides libera atque philoso-* Fundamen-
phandi unicuique concedat. Ubi primò omnium monemus, Au- tum poste-
 ctorem coarctare fidem temerè ad ea tantum dogmata, quæ rarius aff. I.
 ad obedientiam erga Deum cognitu necessaria sunt. Quod Fidei obje-
 ejus commentum natum est ex commento altero, hæcenus ctam.
 excusso, quòd religio tota consistat in obedientia erga Deum.
 Quòd postquam falsitatis convicimus, & religionem conti-
 nore, præter obedientiam erga Deum, etiam reconcilia-
 tionem hominis peccatoris cum Deo, peccatis offenso, per fi-
 dem in Christum, velut sui partem, ad hominum salutem
 prorsus necessariam, nemo non intelligit, fidem extendere
 se non tantum ad ea, quæ ad obedientiam erga Deum; sed
 etiam ad illa, quæ ad hominis peccatoris reconcilia-
 tionem cum Deo, per fidem in Christum, cognitu necessaria sunt. Quinimò
 fides pro objecto formali habet divinam revelationem, & ex-
 tendit se ad omnia, quæ nostræ salutis causâ divinitus revela-
 ta sunt: cujusmodi sunt, quæ de Deo, de æterno Dei Filio, de in-
 carnatione Filii Dei, de fide in Christum, de dilectione Dei, quâ
 ita dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut
 omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam;
 de Spiritu Sancto, ejusque æterna processione à Patre, & ejus-
 dem missione à Filio, de Christi passione, morte & resurre-
 ctione è mortuis &c. Scriptura tradit, de quibus valet, quod
 descriptis à se miraculis Christi Johannes dicit: *Hæc scripta* Joh XX. 31
sunt, ne credatis, quòd Jesus est Christus, ille Filius Dei, & ut creden-
tes vitam habeatis per nomen ejus.

Fidei natura.

Deinde monemus, Auctorem describere fidem ineptè per *sentire de Deo*, cum dicit, *fidem nihil esse aliud, quàm talia sentire de Deo, quibus ignorans tollitur obedientia erga Deum &c.* Non enim quodlibet *sentire*, sed *assensiri præcisè propter divinam revelationem*, facit demum fidem, quâ de hîc sermo est. Fides enim, ut modò dictum; pro objecto formali habet *primam veritatem*, sive Deum *revelantem*, atque adeò *divinam revelationem*, & qui sentit sic vel aliter de Deo, non divinâ nixus revelatione, is fidem divinâ, quæ religionis veræ sive Christianæ propria est, non habet, sed opinionem, vel fidem humanam, vel persuasionem falsam. Ex quo fluit porro, quòd falsò Auctor asserat, *fidem non requirere vera dogmata*, & in hoc differre à *Philosophia*, quòd hæc *pro fine habeat veritatem*, illa *obedientiam & pietatem*, etiam ex persuasione falsâ natam. Quia enim prima Veritas, sive Deus revelans, per suam infinitam scientiam & bonitatem, nec falli nec fallere potest, ideò fidei etiâ eo ipso, quòd Veritate primâ revelante ejusque revelatione infallibili nititur, tam repugnat subesse falsum, quàm repugnat, Veritatem primam in revelando falli aut fallere. Unde fides & *Philosophia* non in hoc differunt, quòd hæc *veritatem*, illa *obedientiam & pietatem*, pro fine habeat, ut rursus ineptit Auctor, sed in hoc conveniunt, quod utraque sit virtus intellectualis, verum enuncians affirmando & negando; differunt autem in eo, quòd *fides* enunciat verum, à prima Veritate revelante supernaturaliter patefactum, atque adeò sit virtus, *Veritati primæ revelanti ejusq; revelationi*, tanquam objecto formali & rationi assentiendi ultimæ, innixa; *Philosophia* autem enunciat verum sive ex ipsis terminis apprehensis, sive per experientiam, sive ex principiis naturæ aliis, prioribus & notioribus, cognitum, atque adeò sit habitus, *lumine natura* nixus. Stante autem, quòd *fides* æquè sit habitus verum enuncians, isque certior, quàm *Philosophia*, quippe cui falsum subesse

sum.

simpliciter repugnat, cadit oppidò Auctoris fundamentum alterum, quòd fides *libertatem philosophandi*, h. e. de religione sentiendi & statuendi, in speculativis maximè, unicuique concedat. Fides enim, ut divinà revelatione præcisè nititur, ita nemini concedit libertatem aliter de religionis capitibus & dogmatibus sentiendi, statuendi, loquendi & docendi, quam ut à Veritate prima revelata sunt, sive speculativa, sive practica sint.

§. LXIIX. Hinc fundamentum Auctoris utrumque, ad Fundamen-
ta assert. I
invertuntur.struendæ suæ assertioni primæ adhibitum, ad eandem destruendam invertimus hunc in modum: Quam libertatem philosophandi, h. e. sentiendi, statuendi, loquendi & docendi nec Scriptura, nec fides, neque in speculativis neque in practicis dogmatibus ulli mortalium concedit, ea nec à Potestatibus summis, pietate salvâ, cuiquam concedi potest. Major propositio eâdem nititur ratione, quâ Auctoris propositio major in argumento, quo assertionem primam adstrutum ivit, nititur: nempe Scriptura & fides sunt pietatis regulæ, & quod Scripturâ & fide salvâ concedi non potest, id nec pietate salvâ concedi potest. Minor autem propositio hæctenus fusè confirmata est, rationibus & præsuppositis Auctoris falsis ordine discussis & confutatis.

§. LXIX. Verùm enim verò Auctor probaturus, Scri- Auctoris im-
pietas in ne-
quæ ad obedientiam erga Deum non unicuique cognitu ab-
ganda divi-
nitare Scri-
pturæ,pturam concedere libertatem philosophandi unicuique in iis, pietas in nequæ ad obedientiam erga Deum non unicuique cognitu abganda divinitate Scripturæ, solutè necessaria sunt, fractis pudoris, reverentiæ & pietatis nitate Scripturæ, repagulis, eò abit impudentiæ & impietatis, ut operosè disputet, & probandum in se recipiat; *Scripturam sacram non esse Verbum Dei*, nisi iis tantum partibus, quibus notitias de Deo, deque vita rectè instituendâ, omnibus communes, (quas *religionem toti generi humano universalem sive catholicam* appellat) continet; & eam proinde non posse libertatem philosophandi cuiquam

adimere, nisi in illis communibus & ad obedientiam erga Deum absolute necessariis notitiis.

Ejus ratio-
nes.

§. LXX. Quia autem commentura hoc à religione Christiana, & à sensu Ecclesiæ univērsæ, ita alienum est, ut primo statim auditu piæ aures offendat; Auctor, ut homo versipellis est, ita ad illud adstruendum lectorique persuadendum per ambages procedit, ut sensim ei colorem inducat.

c. I.

Primò omnium quid Prophetia sit, disquirat, & ubi ostendit, *Prophetas percepisse res revelatas opè imaginationis, mediantibus verbis vel imaginibus, utq; veris aut imaginariis*; progreditur longius, & statuit, *Prophetias sive representationes variis sensuum tantum pro ratione imaginationis & temperamenti corporis cujusque Prophetæ, sed etiam pro ratione opinionum, quibus fuerant imbuti, eosque habuisse varias, imò contrarias opiniones, & varia præjudicia, circa res morè speculativas*: Neque etiam Prophetas certos fuisse de divinitate suarum Prophetiarum, nisi certitudine morali, per signa, quibus falsum subesse non repugnet. Unde Prophetiam nunquam Prophetas reddidisse doctiores, sed reliquisse eos in suis præconcepis opinionibus, licet falsis, ac propterea nos eis circa res morè speculativas minimè teneri credere.

c. II. p. 16. 21.

ib. pag. 16.

c. III. p. 33.

Deinde progreditur ad vocationem Ebræorum, & disputat, nationem Ebræam fuisse à Deo præ aliis electam, non ratione religionis veræ: in hac enim fuisse eam cæteris nationibus æqualem, & habuisse omnes Deum æquè propitium; sed tantum ratione societatis, securitatis vitæ & legum, ipsis ad vitam securè degendam peculiariter concessarum, cui etiam Deus pro obedientia legum nihil promiserit, præter continuam imperii felicitatem; extra societatem verò & imperium Judæos nulla Dei dona supra alios habuisse; & Prophetas habuisse etiã nationes alias, ut Propheticum donum Judæis peculiare non fuerit.

c. IV.

p. 45.
p. 46.

Tertiò agit de lege divina, quam dicit *solum summum bonum, hoc est, Dei veram cognitionem & amorem spectare, & media,*

que

qua hic finis omnium humanarum actionum, nempe ipse Deus, quatenus eius idea in nobis est, exigit, iussa Dei vocari posse, quia quasi ab ipso Deo, quatenus in nostra mente existit, nobis praescribantur, atque ad id rationem referendi, quae hunc finem spectat, legem divinam optime vocari; & legis Divinae summam, ejusque summam praecipuum esse, Deum ut summum bonum amare, non ex vitio alienius supplicii & poenae, nec pra amore alterius rei, quae delectari capimus, sed propter se. Eandem vocat legem divinam naturalem, quam dicit esse universalem sive omnibus hominibus communem, & hoc ipso quod veram vitam docet, homines verè beatos reddere, sive quis ex Scriptura sive ex sola ratione eam edoctus sit. ceremonias vero, quae habentur in V. T. Ebraeis tantum institutas, & eorum imperio accommodatas fuisse, & ad legem divinam non pertinere, sed solam corporis temporariam felicitatem & imperii tranquillitatem reficere, & propterea non, nisi stance eorum imperio, alieno usus esse potuisset.

P. 47.

C. V. p. 55

Quarto quia miracula plura in Scripturis commemorantur, de his etiam tractationem instituit, docetque, miracula fuisse res merè naturales; quae in Scriptura verè narrantur contigisse, ea omnia secundum legem naturae, ut omnia necessario, contigisse, & si quid reperiretur, quod apud illos demonstrare potest legibus naturae repugnare, aut ex eis consequi non potuisse, planè credendam, id à sacris legibus hominibus Sacris literis adpositam fuisse. Nomen miraculi aacem non posse, nisi respectu è ad hominum opiniones, intelligi, & nihil aliud significare, quàm opus, cuius causam naturalem exemplo alterius rei solita explicare non possimus, vel saltem ipse non potest, qui miraculum scribit aut narrat. Facta enim esse miracula ad captum vulgi, quod principia rerum naturalium planè ignorabat; & antiquos id pro miraculo habuisse, quod explicare non poterant eo modo, quo vulgus res naturales explicare solet, recurrendo scilicet ad memoriam, ut alterius rei similis, quam sine admiratione imaginari solet, recedat; & narrari in sacris literis multa, tanquam miracula, quorum cause ex principis rerum naturalium non facile possunt explicari.

C. VI. 69-82.

P. 77.

Sa-

p. 78.
p. 82.

Sacros Scriptores enim enarrauisse res ex præconcepis opinionibus longè aliter, quàm reuera contingere potuerint &c. Quare, (concludit tandem) de his etiam unicuique, prout sibi melius esse sentiat ad Dei cultum & religionem, integro animo suscipiendum, liberam est existimare.

c. VII. p. 68.

Quintò de interpretatione Scripturæ agit, & præscribit methodum ad mentem Prophetarum & Spiritus Sancti ex historia Scripturæ investigandam, similem ei, quâ ad interpretationem naturæ ex ipsius historia utimur: nempe sicut in feruandis rebus naturalibus ante omnia investiganda conantur res maximè uniuersales, & toti naturæ communes, videlicet motum & quietem, eorumque leges & regulas, quas natura semper obseruat, & per quas continuò agit, & ex his gradatim ad alia minùs uniuersalia procedimus, sic etiam ex historia Scripturæ id primum ait, querendum, quod uniuersalissimum, quodque totius Scripturæ basis & fundamentum est; & quod denique in ipsa tanquam aeterna & omnibus mortalibus utilissima doctrina ab omnibus Prophetis commendatur: cuiusmodi esse dicit, quòd Deus unicus & omnipotens existit, qui solus est adorandus, & qui omnes curat, eosque supra omnes diligit, qui ipsum adorant, & proximum, tanquam seipsum, amant, &c. Hæc uniuersali Scripturæ doctrinâ probè cognitâ procedendum deinde esse ad alia minùs uniuersalia, quæ tamen communem usum vitæ spectant; quæque ex hac uniuersali doctrinâ, tanquam rivuli, deriuantur, uti sunt omnes vitæ virtutis actiones particulares externæ, quæ non nisi datâ occasione exerceri possunt. Et quoad has doctrinas, dicit, Scripturam esse explicatu facilem, de quibus nulla inter Scriptores Bibliorum unquam fuerit controversia. Reliqua autem, quæ in Scripturis occurrunt, quæque solènt fuisse speculationis, non tam facîle indagari posse: viam enim ad hæc angustiorum esse. Præter ambiguitates enim multiplices, ex lingua Ebræa natas, quæ in speculativis Prophetarum mentem reddant obscuram, alias plures adfert difficultates, quæ multas orationes Scripturarum efficiant inexplicabiles, in quarum explicatio-
ne proinde unicuique summa conveniat libertas.

ib. p. 69.

ibid. p. 90.

Ab his sextò progreditur ad ipsos libros Scripturæ, cum Veteris, tum Novi Testamenti, & de libris V. T. scribit, *libros Pentateuchi, Josue, Judicum, Ruth, Samuelis & Regum, conscriptos fuisse longis post temporibus ab Hexra: eos autem, qui à Mose scripti fuerant, periisse, & à Pentateucho planè diversos fuisse; illis tamen libris Hexram non imposuisse ultimam manum, nec aliud fecisse, quàm ut historias ex diversis Scriptoribus colligeret, & quandoque non nisi simpliciter describeret, easque nondum examinatas & ordinatas posteris relinqueret: duos Paralipomenon libros dudum post Hexram, & forte postquam Judas Maccabeus templum restauravit, scriptos esse, quos in canonem receptos esse miratur: Psalmos collectos & in quinque libros dispersitos in secundo templo, dum Rex Jehochachim in carcere detentus adhuc erat, Proverbia Salomonis eodem tempore collecta fuisse, vel minimum tempore Josiæ Regis: Prophetias, in Prophetarum libris contentas, ex aliis libris collectas esse, neque in hisce eodem ordine describi, quo ab ipsis Prophetis dictæ vel scriptæ fuerunt, neque etiam omnes contineri, sed eas tantùm, quas hinc illinc (Judæi) invenire potuerunt, ut libri hi non nisi fragmenta Prophetarum sint: libros Danielis, Hexræ, Estheris & Nebemia ab uno Scriptore scriptos esse, postquam Judas Maccabeus templi cultum restauravit: ante tempus Maccabeorum nullum canonem sacrorum librorum fuisse, sed hos, quos habemus, à Pharisæis secundi templi præ multis aliis selectos esse, & ex solo eorum decreto receptos, in quos multa menda sive ex festinatione describentium, sive ex errore historicorum, irrepserint. Libros Novi Testamenti autem, licet eodè modo, quo libros V. T. examinare non audeat, quò exactam linguæ Græcæ cognitionem non habeat; de epistolis Apostolorum tamen scribit, Apostolos etsi Prophetæ fuerint, tamen Epistolas suas non ut Prophetas, sed tanquam Doctores, non ex revelatione & divino mandato, sed tantùm ex suo naturali judicio scripsisse; eos viam docendi, quam unusquisque meliorem judicasset, elegisse, & religionem fundamentis diversis superædificasse, eos convenire quidem in religione, sed*

c. VIII.

c. IX.

c. X. p. 127.

p. 130.

p. 133.

p. 136.

p. 136.

p. 139.

p. 143.

in fundamentis admodum discrepare, & ex hoc ortas esse multas con-
 sensiones & schismata, quibus Ecclesia jam inde ab Apostolorum tem-
 poribus indissentur vexata fuerit, & in æternum vexabitur, donec
 tandem aliquando religio à speculationibus Philosophicis separatur, &
 ad paucissima, & simplicissima dogmata, quæ Christus suos docuit, re-
 digatur: Apostolos accommodavisse doctrinam Evangelii hominum
 sui temporis ingenio, & fundamentis, tam temporis maximè notis &
 acceptis, superstruxisse, & ideò neminem Apostolorum magis philoso-
 phatum esse, quàm Paulum, qui ad prædicandum Gentibus vocatus
 fuit: reliquos, qui Judæis prædicaverunt, Philosophiæ scilicet, con-
 temtoribus, eorum etiã ingenio se accommodavisse, & religionem
 nudam à speculationibus Philosophicis docuisse. Quæ omnia ita dif-
 ferit, ut Scripturæ universæ auctoritatem divinam in oculis
 imperiti lectoris elevet, imò quantum in ipso est, prorsus de-
 trahat.

§. LXXI. Quibus ita prolixè & operosè deductis, con-
 cludit tandem, Dei æternum Verbum & pactum, veramq; religio-
 nem hominum cordibus, hoc est, humanæ menti divinitus inscriptam
 esse, eamque verum esse Dei sygraphum, quod ipse suo sigillo, nempe
 sui ideâ, tanquam imagine suæ divinitatis consignaverit; & verbum
 Dei, quando de subjecto aliquo prædicatur, quod non sit ipse Deus, pro-
 priè significare legem illam divinam, b. e. religionem, toti humano ge-
 neri universalem sive catholicam: Scripturam verò dici Verbum
 Dei, & Deum Scripturæ auctorem, non quòd Deus voluerit ceterum
 numerum librorum hominibus communicare, sed propter ve-
 ram religionem, quæ in iis docetur, eamque esse mendosam, trunca-
 tam, adulteratam, quæ tamen iis partibus, quibus obedien-
 tiam erga Deum docet, incorrupta ad nos pervenerit. Ex
 quo porro infert, quod asserzioni primæ adstruendæ funda-
 menti prioris loco postea substernit, nempe per Scripturam
 sacram nemini adimi libertatem philosophandi, nisi in iis partibus,
 quæ concernunt dogmata religionis, toti generi humano univer-
 salis

P. 144.

p. 184.

p. 149.

salis sive catholica : cum his partibus solis propriè Verbum Dei sit, & dicatur.

§. LXXII. Argumentum in forma erit tale : *Quibus par-* Summa di-
ribus Scriptura Verbum Dei propriè non est, iis libertatem philoso- Storum syl-
phandi nemini adimit. Aequi illis partibus, quibus non traditur reli- gismo inclu-
gio toti generi humano universalis, sed alia speculativa, vel historia ditur.
&c. Scriptura verbum Dei propriè non est. Ergo illis partibus, quibus
non traditur religio, toti generi humano universalis, sed alia specula-
tiva, vel historia &c. Scriptura nemini adimit libertatem philoso-
 phandi. Major propositio videtur eâ niti ratione, quòd causa, cur libertatem philosophandi Scriptura alicui adimere possit, aut adimat, consistat in Verbo Dei, quod per suam auctoritatem & certitudinem infallibilem omnes stringat, ut nemini fas sit, secus, quàm illud, sentire, judicare & statuere. quæ ratio non invenit locum, nisi in illis Scripturæ partibus, quibus propriè est & continet Verbum Dei. Minor autem probatur per inductionem partium Scripturæ. Prophetæ enim perceperunt res revelatas non nisi ope imaginationis, & Prophetiæ variaverunt non tantùm pro ratione imaginationis & temperamentis, sed etiam pro ratione præconceptarum opinionum Prophetæ cujusque, quibus proinde credere non tenemur in speculativis: miracula non sunt scripta, ut re ipsâ contigerunt & patrata sunt, sed longè aliter, ut à vulgo, causas rerum naturalium ignorante, concepta sunt, atque adeò eâ parte, quâ miracula describit, Scriptura etiam non continet verbum Dei, sed vulgi & hominum conceptus, rebus ipsis non convenientes: Historiæ scriptæ ab hominibus, qui multis seculis pòst vixerunt, & ex Scriptoribus aliis, quorum libri perierunt, desumptæ sunt, quæ etiam verbum Dei non sunt. Libri novi Testamenti Scriptorum naturali judicio, & humano studio concinnati sunt, & Epistolæ Apostolorum, Pauli in primis, continent multas speculationes Philosophicas, quæ verbum Dei non sunt &c.

Argumen-
tum excuti-
tur.

§. LXXIII. Verùm quicquid sit de propositione maiore argumenti, minorem nos negamus & pernegamus. *Paulus* de Scriptura univèrsa dicit, quòd *ἑὸς πνεύσος*, *divinitus inspirata* sit. Fuit autem *ἑοπνεύσια τῆς γράφης*, i. e. *divina Scriptura inspiratio* actio quædam Spiritus Sancti, ad Scriptoris intellectum terminata, quâ ei interiùs, absque sensuum interventu, immediatè suggestit cùm conceptus rerum, tum verba, quibus res convenienter essent exprimendæ, Scriptore ipso manum & calamũ conferente, & amanuensis instar scribente, quæ ab eo suggererentur, & quasi in calamum dictabantur. Quòd enim confert ad Scripturam, qui amanuensi verba in calamum dictitat, interventu auditus, id conferebat ad Scripturam sacram Spiritus S. absque sensuum interventu, Scriptoris, velut sui amanuensis, intellectui per inspirationem suggerendo, quæ scribi debebant, eo ordine & illis verbis, quibus consignanda erant. Eadem dicitur aliàs etiam in Scripturis *locutio Dei*, juxta illud Davidis: *Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo ejus super linguam meam fuit; & Zacharia: sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum; & Petri: Non voluntate hominis allata est olim Prophetia, sed à Spiritu S. acti loquuti sunt sancti Dei homines.* Est enim *divina inspiratio* quædam *Dei locutio*, hominis intellectui *interna*, quâ ei absq; sensuum interventu perinde, quæ nota fieri vult, manifestat, ac si voce sensibili ad eum loqueretur. Atque hoc loco Paulino solo prosternuntur pleraque Auctoris commenta, hæcenus commemorata. Primum enim si *Scriptura tota ἑὸς πνεύσος*, *divinitus inspirata* est, sequitur, eam totam *esse verbum Dei* propriè, per se, & secundum se, non quòd notiones quasdam de Deo, deque vita rectè instituenda, omnibus communes, quæ verbum Dei sint, contineat, ut Auctor fingit, sed quòd *tota*, Spiritu Sancto inspirante & quasi in calamum dictante, sit concinnata. Deinde si *tota est divinitus inspirata*, falsum est, quòd

II. Sam.

XXIII. 2.

1. Luc I. 70.

2. Petr. I. 19.

quòd Prophetiæ Prophetas in præiudiciis & præconceptis opinionibus falsis reliquerint, usq; nos in rebus merè speculativis credere non teneamur. Deus enim, ut prima & immutabilis veritas est, ita nec opiniones falsas Prophetis inspirare, nec in præiudiciis & opinionibus falsis eos relinquere, per suam immutabilem veritatem, potuit. Accommodavit quidem sese Scriptorum sacrorum ingenio & captui in inspirandis verbis, illorumque connexionem: inde styli nata diversitas; non verò in ipsis rerum conceptibus, ut prout Propheta aut Scriptor aliquis his illisve opinionibus falsis fuit præoccupatus, ita etiam easdem opiniones falsas in literas redigendas inspiraverit. Hoc enim prorsus repugnat Dei bonitati, verbiq; divini veritati. Est enim *Verbum Dei veritas*, Joh. XVII. 17. Christo ipsomet docente. Tertio si non hominum arbitratu, sed Spiritu sancto inspirante concinnata est Scriptura tota, falsum est, quòd ex suis præconceptis opinionibus Scriptores sacri miracula longè aliter, quam contingere potuerint, enarrarent: aliàs enim pro suo lubitu & pro ratione suarum præconceptarum opinionum, non ex dictamine Spiritus sancti, ea enarrassent. Quarto, si tota Scriptura divinitus inspirata est, falsum est, quòd libri V. T. longis post temporibus ex aliorum libris ab *Exra* partim, partim ab aliis humano studio, nec absque multis mendis collecti sint. Paulus enim d. l. loquitur de illa ipsa Scriptura V. T. quæ nunc extat, deque illis ipsis ejus libris, quos nunc habemus. Quod autem de Scriptura V. T. tota Apostolus ibi enunciavit, eam esse *θεόπνευστος*, id ipsum valet etiam de Scriptura N. T. tota. Neque enim minus Apostoli & Evangelistæ, Spiritu S. inspirante, sua consignarunt scripta, quam Scriptores librorum V. T. ut infra suo loco docebitur.

§. LXXIV. Quod speciatim de Prophetis dicit Auctor, *De Prophetis*
eos percepisse res revelatas ope imaginationis, mediantibus verbis vel ita.

imaginibus, non inficiamur. Prophetia enim peragebatur phantasmatis, sive imaginibus rerū manifestandarum, vel etiam verborum cujusdam sive Angeli sive alterius loquentis, phantasiæ, vel dormientis in somno, vel vigilantis in ecstasi objectis. Illo modo cum phantasiæ imagines objiciebantur, Prophetia dicebatur *somnium*; cum hoc modo; *visio*, voce strictè acceptâ. Interdum enim *visionis* vox accipitur latius, pro qualibet revelatione per phantasmata & imagines, sive dormientis sive vigilantis phantasiæ, noctu aut interdiu objectas, & distinguitur in visionem nocturnam & diurnam, quarum illa speciatim *somnium*; hæc *visio* dicitur. Atque hinc est, quod *Aaroni & sorori ejus Mirjam* dicebat Dominus: *Siquis est Propheta, ex vobis, per visionem me ipsum Jehovah notum facio ei* (aut) *per somnium alloquor eum*. Quod autem solis phantasmatis sive imaginibus peracta sit Prophetia, negamus, & contra asserimus, *visionem Propheticam, cum diurnam tum nocturnam*, conjunctam fuisse cum supernaturali lumine Prophetico, quo mens prophetæ collustrata, & visionis divinitatem, & rem eâ significatam, rectè intelligeret; vel certè cum *ἑρμηνείᾳ*, quâ recta visionis intelligentia illi suggereretur. Sic visio nocturna, qua *Patriarcha Jacob* videbat *scalam ad cælum pertingentem, & Angelos Dei in ea ascendentes & descendentes*, conjuncta erat cum lumine supernaturali, quo collustratus Patriarchæ intellectus, quid eâ significaretur, statim adsequebatur, dicens: *Certè est Jehova in hoc loco, at tamen ego nesciveram*. Et visio nocturna, quâ statua, quatuor summa orbis imperia representans, *Nebucadnezari* paulo antè per non Propheticum, sed nudum somnium representata, *Danieli* exhibebatur, conjuncta erat cum lumine Prophetico, quo ejus mens collustrata rem significatam ita penitus adsequebatur, ut *Nebucadnezari* & somnium suum, quod ei exciderat, commemorare, & ejus significationem per omnia explicare posset.

Num. XII. 6.

Gen. XXIX.

12.

ib. v. 16.

Dan. II. 19.

set. Idem valere etiam de cæteris visionibus Propheti-
 cis, res ipsa loquitur. Prophetæ enim concessi erant populo Israëliti-
 co, ut eum informarent de rebus, per visiones, diurnas aut no-
 cturnas, sibi revelatis. Quod si ipsis per sua somnia & visiones
 à Deo non plus fuisset patefactum, quàm quod imaginatione
 sola per imagines, phantasæ objectas, adsequi poterant,
 non magis apti fuissent ad docendum populū de revelationi-
 bus sibi factis, deq; reb; futuris, quàm *Nebucadnezar*, in somno
 statuam, & arborem, ad cælum usq; pertingentem, videns, si-
 gnificationem verò ignorans; vel *Pharao*, septem pingues, &
 septem macras vaccas, itemq; septem spicas pingues, & septem
 tenues & adustas eorū, videns, significationem verò igno-
 rans: neq; magis, quàm hi, Prophetæ dicendi fuissent, quod
 absurdum. Quò accedit, quòd Prophetis Deū non tantum per
 imagines rerum & verborum, sed & absq; imaginibus, reve-
 lavit multa, quæ populum docerent, certè modo revelationis
 alio nullo, quàm per illuminationem, aut inspirationem su-
 pernaturalem: sicut v. g. *Jesaias* suam *Prophetiam totam vocat*
visionem, non certè *imaginariam* tantum intelligens; quæ enim
 per imagines sive in somno sive in ecstasi phantasæ objectas
 ei revelata sunt, oppidò pauca sunt; sed in significatu latiori,
 etiam *visionem mentalem*, per immediatam illuminationem
 intellectus factam, ejus appellatione comprehendens. Nam
 quæ statim post inscriptionem libri usque ad *cap. VI.* Prophe-
 ta docet, non concernunt res, ope imaginationis per imagi-
 nes ei patefactas, sed per illuminationem mentis: quæ tamen
 omnia verbum Dei esse, & quæ ipse loquitur, Deum loqui
 pronunciat. Ita enim auspicatur suam primam ad populum
 habitam concionem: *Audite cæli & auribus percipe terra: nam*
J E H O V A L O Q U I T U R, Atque hinc est illud Prophetis
 usitatisimum *יהוה דבר* dictum Domini. Et in hoc consen-
 tientes habemus Scripturas Novi Testamenti, quæ Deum
 ipsum

Dan. II. & IV.

Gen. XLI. 2.

Luc. I. 70. ipsum in *Prophetis* & per eos locutum esse testantur, ut apud *Lucam Zacharias*, quæ repletus *Spiritu Sancto* de nascendo mox *Servatore* & peragendo per eum opere *redemptionis* vaticinatur, dicit *Dominum Deum Israël* olim locutum esse per eos *sanctorum*, qui à seculo fuerunt, *Prophetarum*; & Auctor *Epistola ad Ebraeos* ait, *Deum multis vicibus multisq; modis locutum esse Patribus per Prophetas.*

c. I. 2.

§. LXXV. Atque hinc cadit ultrò, quòd contendebat Auctor, *Prophetiam per se non involvere certitudinem*, neque *Prophetas* de divinitate suarum *Prophetiarum* certos fuisse, nisi *moraliter*, ex quibusdam signis, quibus falsum subesse non repugnaverit. Nititur enim assertio hæc commento illo, quòd *Propheta* solâ *imaginatione*, per phantasmata & imagines rerum aut verborum, *Prophetias* sibi divinitus factas perceperint. Quòd falsum esse, ex dictis liquidò patet. Et quomodò, quæso, *Petrus sermonem Propheticum* dixerit *βεβαιότερον firmiorem*, si *Propheta* de divinitate suarum *Prophetiarum* non nisi *moraliter*, & ex quibusdam signis, quibus falsum subesse non repugnat, certi fuissent.

II. Epist. c. I.
19.

De Lege.

§. LXXVI. Quæ porro Auctor de lege Dei disputat, concernunt, ut ex verborum contextu intelligitur, solam *legem moralem*, quæ & naturâ nota est. Quam propterea etiam vocat *legem divinam naturalem*. Ea verò altiùs expendere, huius instituti non est: cum ad præsens parum aut nihil faciant. Hoc unum monemus: Licet lex moralis regula vitæ sit, veramque vitam doceat, non tamen homines beatos reddit, ut Auctor docet contra expressam *Apostoli Pauli doctrinam*, quæ vim justificandi omnem legi denegat, eamque fidei in *Christum* in solidum vendicat.

De Ceremoniis.

§. LXXVII. Ceremonias, quæ habentur in V. T. *Ebrais tantum institutas fuisse*, & illarum usum, non nisi stante eorum imperio, esse potuisse, largimur. Quòd autem ad *legem divinam*

eæ

æ non pertinuerint, negamus. Licet enim non pertinuerint ad legem divinam *moralem*, quæ omnes planè homines obligat, sunt tamen leges divinæ *positivæ*. Præscriptæ enim sunt à Deo cum vi obligandi Ebræos ad obsequium, sub pœna mortis. Negamus præterea, quòd omnes *solam corporis temporaneam felicitatem & imperii tranquillitatem* respexerint. Nam *leges Levitica* pleræque, præsertim quæ sunt de sacrificiis, adumbrabant Christi sacrificium, in ara crucis pro nobis immolandum, ejusque beneficia spiritualia, fide acceptanda, atque adeò felicitatem animæ, constitutam in remissione peccatorum & vita æterna, non quidem vi ceremoniarum, sed vi sacrificii Christi, quod adumbrabant, fide apprehensum, adipiscendâ. Qua de re alibi fusiùs agitur.

§. LXXVIII. *Miracula esse res merè naturales, & omnia, quæ in Scripturis verè narrantur contigisse, ea omnia secundum leges naturæ necessariò contigisse; item miraculi nomen non posse, nisi respectivè ad hominum opiniones intelligi, & nihil aliud significare, quàm opus, cujus causam naturalem exemplo alterius rei solita explicare non possumus, vel saltem ipse non potest, qui miraculum scribit aut narrat; commenta sunt, quæ Scripturis sacris è diametro repugnant. Scripturæ enim testantur disertè, miracula efficere, non esse causarum secundarum, sed Dei solius, & dicunt propterea, Deum facere miracula solum. Benedictus sit Jehovah Deus, Deus Israelis, qui facit mirabilia (scilicet opera sive miracula) solus* Psal. LXXII. *ipse, ait David; & rursum: Magnus es atque faciens mirabilia tu Deus solus es; &: Celebrate Dominum dominorum, qui facit mirabilia opera magna solus. Quod si Deus solus ea facit, non natura, tum non facit ea secundum leges naturæ: aliàs enim non Deus solus ea faceret. Nam particula exclusiva solus excludit alia agentia omnia, quæ non sunt Deus, à productione miraculorum: & contra quæ naturalia sunt opera, & secundum legem naturæ fiunt, ea fiunt a Deo & natura simul. Præterea mira-*

*cula ipsa, quæ Scriptura commemorat, talia sunt, ut revera, non ex opinione hominũ, contra vel supra naturam sint: sicut v. g. mare dividi, & hinc inde absque interposito aggere, sisti, ut transitum permetteret populo Israëlitico universo; item Jordanem dividi, & aquam a parte superiori sisti, ne flueret, ut Israëlitæ sicco pede transirent; opera sunt contra naturam. Aquæ enim naturâ talis est, ut suis terminis non contineatur, ne fluat, sed tantum alienis: in casu utroque autem divina potentia factum est, ut terminis propriis contenta staret immota. Neque ex hominum opinione tantum, sed verè ita contigerunt. Verè enim populus Israëliticus pede sicco transivit mare rubrum & Jordanem. Perinde opus contra naturam fuit, quod tempore Josue, jussu Josue, sol & luna steterunt diem integrum. Solis enim ea est natura, ut perpetuò moveatur, nunquam stet. Quod rursum verè, & non ex opinione hominum, ita contigit. Verè enim solem stetit, idq; miraculum sine pari fuisse, disertè dicit Scriptura: *Stabat autem sol in medio cœli, neque festinabat ad occasum quasi diem integrum. Nec fuit similis diei illi ante eum, vel post eum, auscultante Jehova voci cujusquam: nam Jehova pugnabat cum Israël.* Idem esto judicium de miraculis aliis, cum tempore V. T. à Deo suâ omnipotentia; tum tempore N. T. à Christo, suâ itidem potentia divina, & ab Apostolis, virtute, à Christo sibi concessâ, editis.*

Jos. X. 12.

v. 13. seq.

Exceptio Auctoris.

§. LXXIX. Quæ Auctor heic objicit, quod scilicet omnia fiant necessitate nature, quod potentia nature sit ipsa potentia Dei &c. rursus mera commenta sunt, dudum ab Ecclesia damnata. Deum enim esse agens liberrimum, & voluntate liberrima agere, quæcunque & quodocunque vult, ejusque potentiam à potentia nature tanto distare intervallo, quanto intervallo distat Deus & creatura, ex Scripturis doceri pluribus posset, si chartæ ferret angustia. Illud saltem hîc addimus, quod Deus, & in diebus carnis suæ Christus non tantum miracula

racula fecerunt liberè, hominum fide & precibus postulanti-
bus, vel illorum impietate, ut ejus convincerentur, exigente,
sed & Apostolis concesserunt virtutem edendi miracula, ubi-
cunque & quodcumque ea ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædi-
ficationem necessaria visa fuerint. Quo ipso evertitur fundi-
tus commentum de necessitate naturæ, quâ, juxta legem na-
turæ, ut alia omnia, ita & miracula fuerint facta.

Marc. ult. 17.
1. Cor. XII. 28.

§. LXXX. De interpretatione Scripturæ quæ tradit De interpre-
Auctor, benè partim; partim malè habent. Benè habet, quòd tatione Scri-
jubet Scripturæ interpretationem accersere *ex historia Scriptu-
re, h. e. ex natura & proprietate lingue, quâ libri Scripturæ scripti
fuerunt; sententias uniuscujusque libri colligere, easque ad summa ca-
pita redigere, circumstantias de Authoris cujusque libri vita, mori-
bus, ac studiis, quisnam fuerit, quâ occasione, quo tempore, cui & quâ
linguâ scripserit &c. expendere.* Neque improbamus, quòd ad
mentem Prophetarum & Spiritus sancti investigandam id
primum, quod universalissimum, quodque totius Scripturæ basis &
fundamentum est; & quod in ipsa tanquam eterna & omnibus mor-
talibus utilissima doctrina ab omnibus Prophetis commendatur, ex
historia Scripturæ quærere jubet. Malè autem habet, quòd
in isto universalissimo, quodque totius Scripturæ basis & fundamen-
tum est, ea tantum dogmata numerat, quorum cognitio ad
obedientiam erga Deum absolutè necessaria est. Hæc enim
dogmata, ut supra pluribus ostensum, constituunt tantum
partem religionis & doctrinæ Christianæ, eamque ordine
posteriolem. Alteram verò eamque omnium primam, quam
velut basin & fundamentum totius Scripturæ Prophetæ omnes com-
mendant, constituit doctrina de Jesu Christo, qui ita est funda-
mentum & basis, ut aliud fundamentum poni non possit: qui *de egypto* I. Cor. III. 11.
novi lapis angularis imus est, quo nititur fundamentum Apostolo-
rum ac Prophetarum, hoc est, doctrina Apostolica & Prophe-
tica tota, super quam fideles universi superstructi sunt: *Fluic* A& X. 43.

pag 90.

omnes Prophetæ testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum. Videantur, quæ supra hanc in rem attulimus plura. Deindè malè etiam habet, quod dicit Auctor, in reliquis, quæ in Scripturis occurrunt, quæque solius sunt speculationis, Prophetas inter se dissentire, & rerum narrationes maximè accommodatas esse uniuscujusque *svi præjudiciis*, nec licere mentem unius Prophetæ ex locis clarioribus alterius Prophetæ explicare; quòd item aliam mentem fingit Prophetarum & Historicorum, aliam Spiritus sancti; quòd ad Scripturæ interpretationem nullum, nisi naturale, lumen requiri, & quòd in iis, quæ ad obedientiam erga Deum non absolutè cognitu necessaria sunt, unicuique summum jus & auctoritatem de religione judicandi, & Scripturam sibi explicandi atque interpretandi convenire contendit. Quæ commenta pluribus excutere, nec chartæ angustia permittit, neque etiam opus est: cum eorum falsitas ex hæcenus dictis facile pateat.

De integritate Scripturæ.

§. LXXXI. Neque etiam nostri instituti ratio fert, ut ordine lustremus & expendamus, quæ contra librorum Scripturæ V. T. authentiam & integritatem commentus est: hæc enim res majoris est operæ, quam quæ pagellis tam angustis expediri possit, quamvis allatæ ab Auctore rationes pleræque levibus nitantur conjecturis. Videantur, qui de Canone Scripturæ ejusque libris ex instituto scripserunt, & Scripturæ authentiam integritatemque ab hominum Fanaticorum objectionibus vindicarunt.

De Epistolis Apostolorum.

§. LXXXII. Epistolas Apostolorum verò non esse scriptas ab Apostolis, ut Prophetis, sed ut Doctõribus, non ex revelatione & divino mandato, sed tantum ex illorum naturali judicio, commentum est, cui Scriptura è diametro contradicit. Christus, instante tempore passionis suæ, promisit discipulis suis

Joh. XIV. 16.

Spiritum Sanctum, qui eos docturus omnia, & suggesturus eis esset omnia, quæcumque dixeris illis; Spiritum Veritatis, qui eos ducturus

esset

esset in omnem veritatem. Et post suam resurrectionem ex mortuis, jam jam ad cœlos ascensurus, iussit eos manere Hierosolymis, usque dum induerentur virtute ex alto. Quod Lucas interpretatur de Spiritu sancto, qui venturus erat super eos. Atque id reapse impletum est in die Pentecostes, cum omnes repleti sunt Spiritu sancto, ceperuntque loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eloqui illis. Quanquam verò Paulus, cujus Epistolæ magnam Scripturæ N. T. partem constituunt, tum nec præsens, nec in Apostolorum numero erat, ipse tamen aperte testatur; se Evangelium, à se prædicatum, non accepisse ab homine, neque didicisse, sed (accepisse illud) per revelationem Jesu Christi: Spiritum sanctum revelasse sibi & cæteris Apostolis, quæ voce & scriptis docebant, eaque se docere non sermonibus, quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes. Quamobrem & Evangelium, à se prædicatum, non minoris æstimat auctoritatis & certitudinis, quam Scripturam V. T. quam totam dicit Ἱερότευον, adeò ut aperte scribat, non esse aliud Evangelium, & qui aliud prædicant, turbare Ecclesiam, & invertere Evangelium Christi, dicatque anathema omni, qui aliud prædicaverit Evangelium, præter id quod ipse & Apostoli cæteri prædicaverant, si vel ipsi Apostoli vel Angelus de cælo id fecerint. Quemadmodum autem Apostoli, Spiritu sancto revelante, docebant, quæcunque docebant, ita ut etiam verba, quibus in docendo utebantur, non sua, sed Spiritus sancti esse, Paulus fateatur, quidnã & Spiritu sancto revelante atque inspirante scripserint, quæcunque ecclesiis ad illarum ædificationem scripserunt. Est enim Scripturæ & prædicationis par ratio. Quæ enim voce prædicabatur doctrina, ea postea juvandæ memoriæ causâ consignabatur literis, & quæ causâ erat, cur prædicationem ex divina inspiratione oporteret peragi, ea militabat pro scriptione eò magis, quòd Scriptura deberet esse medium doctrinæ ejusdem incorruptè ad finem

Luc. ult. 49.

A&I. 8.

c. II. 4.

Gal. I. 12.

1. Cor. II. 10.

v. 13.

Gal. I. 7. seq.

a Petr. L. 20.
seq.

mundi usque conservandæ, & ad posteritatem propagandæ. Unde & Petrus probaturus, *Scripturam Propheticam non esse privata interpretationis*, reddit rationem, quod non voluntate hominis allata sit olim Prophetia, sed à Spiritu sancto acti sive mori loquenti sint sancti Dei homines, non obscure innuens, eos, qui Spiritu sancto inspirante docuerunt voce, scripsisse etiam, Spiritu sancto inspirante, quæcunque in libros, in canonem receptos, retulerunt.

Auctoris exceptiones.
c. XII. p. 137.

§. LXXXIII. Neque ullius ponderis aut momenti sunt, quæ in contrarium adfert Auctor. Primum urget, quod Paulus I. Cor. XIV. 6. duo prædicandi genera indicet, ex revelatione unum, ex cognitione alterum; atque idem, inquit, dubitandum, an in Epistolis (Apostoli) prophetent, an verò doceant? Verum si ad eorum stylium attendere volumus, cum à stylo Prophetiæ alienissimum invenimus. Nam Prophetis usitatisimum erat, ubique testari, se ex Dei edicto loqui; nempe sic dicit Deus, ait Deus exercituum, edictum Dei &c. atque hoc non tantum videtur locum habuisse in publicis Prophetarum concionibus, sed etiam in Epistolis, quæ revelationes continebant, ut ex illa Eliæ Jehoram scripta patet (vide libr. 2. Paral. c. 21. v. 12.) quæ etiam incipit: כִּי אָמַר יְהוָה, sic dicit Deus. At in Epistolis Apostolorum nihil simile legimus, sed contra in I. Corinth. cap. 7. v. 40. Paulus secundum suam sententiam loquitur. Imo per plurimos in locis animi ambigui & perplexi modi loquendi occurrunt, ut (Epist. ad Rom. cap. 3. v. 28.) arbitramur igitur, & (cap. 8. vers. 18.) arbitror enim ego &c. hoc autem dico ego, tanquam infirmus, non autem ex mandato (vide Epistol. ad Corinth. I. cap. 7. vers. 6.) consilium do tanquam vir, quia Dei gratia fidelis est. (vide ejusdem cap. 7. vers. 25. & sic alia multa.

p. 138.

Deinde urget, quod Apostoli ubique ratiocinentur, ita ut non prophetare, sed disputare videantur; Prophetiæ contra mera tantum dogmata & decreta contineant; quia in iis Deus quasi loquens introducatur, qui non ratiocinetur, sed ex absoluto sue nature imperio de-

cer-

cernat; & etiam quia Prophetæ auctoritas ratiocinari non patitur; cum quisquis vult sua dogmata ratione confirmare, eo ipso ea arbitrari uniuscujusque judicio submittat. Quod & Paulus 1. Cor. 10. vers. 15. fecisse videatur.

Tertiò urget, quòd nullibi legamus Apostolos esse iussos scribere, sed tantum prædicare, quocumque irent, & dicta signis confirmare.

§. LXXXIV. Ad 1. Resp. non sollicitè nunc inquiremus, Resp. ad L. quid 1. Cor. XIV. 6. Apostolo sit per revelationem; & quid per scientiam sive cognitionem loqui: qua in re interpretes variant; quanquam diversa dona docendi denotari, facillè omnes largiuntur. Hoc saltem dicimus, rationem dubitandi, inde petitam, an in Epistolis Apostoli prophetent? an verò doceant (ex suo naturali judicio) prorsus nullam esse. Paulus enim ibi planè non agit de Epistolis Apostolicis, deque diversis donis, quibus in scribendo Apostoli uti sint, sed de diversis donis, quorum in Ecclesiæ conventibus publicis ad docendum usus erat: quorum alii loquebantur ad populum per revelationem, alii per cognitionem sive scientiam, per Prophetiam alii, alii per doctrinam: quæ quatuor dona Spiritus sancti nonnulli ad duo referunt, & per revelationem ac prophetiam intelligunt quandam extraordinariam & eminentem dotem interpretandi Scripturas; per scientiam verò & doctrinam, donum docendi, Scripturarum lectione & meditatione modo ordinario acquisitum. Quicquid de eo sit: consequentia hæc (Paulus, de diversis donis docendi in Ecclesiæ conventibus agens, distinguit inter loqui per revelationem sive prophetiam, & inter loqui per scientiã, studio & labore comparatam. Ergo dubitari jure potest, utro modo loquantur in Epistolis suis Apostoli) prorsus nulla est. Si dixisset Apostolus: Nisi vobis in Epistolis meis loquar aut per revelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam, quid vobis prodero; cum fortè subesset dubitandi causa, prophetarent

tarent ne Apostoli in Epistolis suis, an docerent? Jam autem ex verbis Apostoli, ut jacent, nihil aliud concludi potest, quàm tempore primitivæ Ecclesiæ, quo fideles donis variis, alii revelationis, alii scientiæ, alii prophetiæ, alii doctrinæ dono à Spiritu S. instructi erant, dubitare potuisse, an qui in conventibus Ecclesiæ surgebant & loquebantur, prophetarent, an simpliciter docerent?

De diversitate styli.

§. LXXXV. Quod ad diversitatem styli, ab Auctore objectam, attinet, non diffitemur, in hoc intercedere diversitatem quandam inter *stylum, Prophetas in V. T. & Apostolis in suis Epistolis* receptum, quod illi consueverint testari, se ex *Dei edicto loqui*, quod Apostolis in Epistolis suis ita usitatum non sit. Inde tamen non sequitur, *Apostolos non aequè per revelationem sive prophetiam* scripsisse suas Epistolas, quàm *Prophetas in V. T.* suas Prophetias. Potuerunt enim hujus diversitatis aliæ esse causæ, inter quas forsitan non ultimam fuit materiæ subjectæ, in qua occupabantur, diversitas. Prophetæ enim occupabantur maximam partem in arguendis populi peccatis, & denunciandis pœnis ac calamitatibus, Dei justo judicio immittendis, & cum primis in prædicando adventu Messiæ, ejusque regno & beneficiis: quibus ferè in casibus Prophetæ, majoris auctoritatis causâ, formulam illam consuetam, *נאם יהוה* dictum Domini &c. uti soliti sunt, sive ad terrendos peccatores, sive ad erigendos animos consternatos. Apostoli verò in Epistolis suis occupantur præcipuè in explicanda doctrina legis & Evangelii, & proinde utuntur stylo, muneri docendi apto, quo declarant & ex principiis prioribus & notioribus deducunt & confirmant, quæ declaratione & confirmatione egent. Cujusmodi stylo & Prophetæ usi sunt, quando simpliciter vel in narratione rerum gestarum, vel in explicatione legis occupati fuerunt. Quid? quod non alio stylo Apostoli usi leguntur in prædicando, quàm in scribendo. Unde si quid ex diver-

diversitate styli efficaciter concludi posset, concludendum etiam esset, Apostolos non prædicasse ex revelatione sive Prophetia, sed tantum per scientiam ex suo naturali judicio: cum tamen Auctor agnoscat, eos ex singulari revelatione habuisse, quæcumq; c. XI. p. 141.
viva voce prædicaverunt, & simul signis confirmaverunt.

§. LXXXVI. Neque rationi dubitandi allatæ quicquam Locus ex 1. Cor. VII. 6.
accedit roboris ex 1. Cor. VII. 6. 25. Nam in v. 6. Apostolus, 25. expenditur.
inter ἐπιταγήν καὶ συγγνώμην, h. e. inter præceptum & indulgentiam distinguens, nihil aliud agit, quàm ut declaret, quo sensu intellectum velit, quod v. 2. seq. dixerat, propter supra videnda suam quisque uxorem habeat, & suam quæque virum habeat; item: ne fraudetis vos invicem &c. nempe non secundum præceptum, ac si unumquemque velit præcepto ad matrimonium alligatum, vel conjugatis continuam consuetudinem conjugalem persuasam, sed καὶ συγγνώμην, secundum indulgentiam, sive concessionem, ita ut cujusque piæ conscientiæ liberum relinquat, quid his in rebus sibi magis commodum visum fuerit, modò honestas atque castitas facta tecta servetur, & occasiones ad pravas libidines, scortationem, & diabolicas tentationes devitentur. Quod ipsum ut materiæ substratæ & ejus veritati maximè congruum est, ita, Spiritu Sancto inspirante, à Paulo sic scriptum esse, nihil repugnat. Idem judicium esto de vers. 25. capitis ejusdem: ubi Apostolus scribit, de virginibus se præceptum Domini non habere; consilium tamen dare, tanquam misericordiam consecutum à Domino, in hoc, ut sit fidelis. Quo ipso rursus nihil significat aliud, quàm de virginibus nihil esse præceptum à Domino, debeantne nubere, an innuptæ manere; esse enim hoc in cujusq; potestate constitutum: pro ratione tamen & statu illorum temporum consulere se, ut maneat innuptæ. Addit tamen consultò, hoc consilium sibi non suggerere carnem & sanguinem, sed Dominum, à quo misericordiam consecutus sit, ut ipsius nomine apostolatu sive legatione

v. 40.

ne fungatur, hunc ipsum in finem, ut sit fidelis, & in docendo suadendoque hominum conscientis rectè consulat. Quem in sensum & sub finem ejusdem capituli, postquam de uxore dixerat, eam esse *alligatam matrimonio, quamdiu vivit maritus; si dormierit maritus, liberam esse ad cui vult nubendum, modo in Domino, attamen beatiorum futuram, si sic maneat*; subjicit: *juxta meam sententiam; opinor autem, quod & ipse Spiritum Dei habeam*; hoc suum consilium haud obscurè referens in *Spiritum Dei*, quo suggerente illud suppeditet. Sicut ergo non repugnat, Apostolum dare consilium, ut tamen non ex suo sensu, sed ut *Apostolus Domini*, Domino & ejus Spiritu suggerente, illud det, ita nec repugnat, eum scribere, se dare consilium, ut *Apostolum*, & qui *Dei Spiritum* habeat, ut tamen, Spiritu sancto suggerente, illud scribat. Nec denique impedit, quò minus Apostoli *ex divina revelatione* scripserint suas Epistolas, quod *Rom. III. 28. Paulus* infert: *Arbitramur ergo, fide justificari hominem absque operibus legis*; & *c. VIII. 18. λογίζομαι* arbitror, reputo non esse pares afflictiones presentis temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur erga nos. Nam neutrobi verbum *λογίζομαι* excludit divinam revelationem, sed sicut Apostoli Spiritum Dei acceperant, qui illis per conceptus rerum, illorum intellectui inspiratos revelabat, quæ essent scribenda, ita per eosdem, à Spiritu sancto inspiratos, conceptus judicabant, arbitrabantur, & sentiebant, cum *Apostoli*, tum etiam *Spiritus sanctus*, conceptus suggerens sive inspirans: *Spiritus sanctus* quidem *ex se*; *Apostoli* verò *per conceptus*, à *Spiritu sancto inspiratos*. Sunt enim Spiritus sanctus revelans, & Apostolus ex revelatione ejus prædicans, vel scribens, quodammodo unum prædicationis vel scripturæ principium: quandoquidem nec Spiritus sanctus absque Apostolo, vocem aut calamum commodante, nec Apostolus voce aut calamo, absque Spiritu sancto, conceptus suggerente sive inspirante, vel prædicat vel scripturam concinnat

Loca Rom.
III. 8. c. VIII.
18 expen-
duntur.

cinnat, & tribuitur proinde unus & idem effectus suo modo Spiritui sancto, & simul Apostolo. Quem in sensum etiam Apostoli cum tota multitudine in Epistola, Antiochiam missa: *Visum*, inquit, *est SPIRITUI SANCTO ET NOBIS*; Spiritui sancto idem tribuentes iudicium de controversia exorta, cum suo, quo per revelationem Spiritus Sancti ipsi sic iudicabant & sentiebant. A & XV. 28.

§. LXXXVII. Ad II. Resp. rursus diversitatem modi in docendo, quo Prophetæ in suis scriptis, & in suis Apostoli utuntur, provenire ex diversitate materiæ substratæ. nec impedire, quò minus utrique ex inspiratione Spiritus sancti scripserint. Spiritus sanctus enim in docendo cum per Prophetas, tum per Apostolos, voce & scriptis, accommodabat se & ad ingenium uniuscujusq; & ad materiæ substratam. Et ut de materiæ substrata nunc dicamus, Prophetæ maximam partem occupati sunt in arguendis peccatis populi, in denunciandis pœnis imminentibus, in prædicendo adventu Messias & eiusque beneficiis, in vaticiniis de vocatione Gentium ad Ecclesiam, in erigendis animis afflictis per consolationes Evangelicas &c. quæ discursu non egebant. Apostoli autem occupabantur maximam partem in tradendo Evangelio de Christo, & in explicandis capitibus doctrinæ Evangelicæ ex Scripturis Veteris Testamenti, ita ut quicquid de Christo deque capitibus religionis Christianæ docebant, in Scripturis V. T. solidè fundatum esse, ostenderent. Quod absque ratiocinatione sive discursu fieri non potuit. Præterea partes doctrinæ Christianæ coherent inter se, ut ex una confirmata aut concessa aliæ fluant. Unde quemadmodum hominis ingenium naturâ ita comparatum est, ut ex cognitis aut concessis principiis, quæ sequuntur, per discursum colligat, ita & Spiritus sanctus, in Apostolis loquens, & per eos doctrinam N. T. ex Scripturis V. T. explicans & confirmans, accom-

modavit se ad hominum captum, ususque est ratiocinatione, materiâ substratâ sic exigente; & similiter Apostoli, ex ejus inspiratione docentes aut scribentes, non potuerunt non cum inter docendum per prædicationem, tum inter scribendum, ratiocinari, cum materia subjecta ita comparata esset, ut per discursum, quæ ex aliis cognitis aut concessis sequuntur, deduci oporteret.

Resp. ad III.

§. LXXXVIII. Ad III. resp. Apostolos fuisse missos *ad docendum omnes gentes*; quod uti & voce vivâ & scriptis fieri poterat, ita iisdem hoc generali mandato injunctum est utrumque, nempe ut docerent, voce quidem, ubi præstò esse poterant; scriptis verò, ubi præstò esse non poterant, quandoque id necessarium visum fuisset. Neq; dubitandum, quin occulto quodam Spiritus sancti instinctu, vel saltem eo occasione scribendi & motiva suggerente, ad scribendum se accinxerint, quotiescunque scripserunt, si fortè mandatum speciale expressum defuit. Ad hoc autem, ut inter scribendum Spiritus sanctus ipsi adesset, & quæ scribenda essent, suggereret, sufficere poterat, quòd, ipso volente, & illorum voluntatem quoquo modo flectente, scribendis Epistolis calamum admovebant.

An diversas
vias docendi
Apostoli ele-
gerint.

P. 142.

§. LXXXIX. Sed nondum satis nugarum. Auctor contendit præterea, Apostolos *elegisse viam docendi, quam unusquisque meliorem judicasset, & religionem diversis fundamentis superadificasse, eamque, quoad fieri poterat, hominum sui temporis ingenio accommodavisse.* Quod probat ex eo, quòd Apostoli non tantum virtutem acceperint ad historiam Christi, tanquam Propheta prædicandam, eandem scilicet signis confirmando, sed præterea etiam auctoritatem docendi & monendi, eâ viâ, quam unusquisque optimam judicaret. Quod utrumque donum Paulus in epist. ad Timoth. 2. cap. I. v. II. clarè indicaverit: in quo, inquit, ego constitutus sum præco, & Apostolus, & doctor gentium. Et in 1. ad eund. cap. 2. vers. 7.

cujus

cuius constitutus sum ego praeo & Apostolus (veritatem dico per Christum, non mentior) doctor gentium cum fide ac veritate.

§. XC. Verum Auctor ipse animadvertit, rationem hanc, a duplici auctoritate Pauli, Apostolatus scilicet & Doctoratus, desumptam, esse infirmam. Unde statim subjicit: *Attamen nondum satis clarè sequitur, Apostolos viam docendi, quam unusquisque meliorem iudicasset, eligere potuisse, sed tantum eos ex officio Apostolatus non solum Prophetas, sed etiam Doctores fuisse.* Ita sane est! Doctoris vox patet latius, quam Apostoli, quandoquidem omnis Apostolus est doctor, non autem omnis doctor est Apostolus; & vi Apostolatus sui habebant Apostoli etiam auctoritatem & potestatem docendi. Apostolatus enim suam intrinsecam naturam importat auctoritatem docendi ubicunque locorum, juxta illud: *Exeuntes docete omnes gentes - docentes eos servare omnia, quaecunque praecepi Vobis. - Ite in mundum universum, & predicare Evangelium omni creature.* Paulus autem in locis allegatis vocat se distinctè Apostolum & doctorem Gentium, non quod existimaret, doctoratum importare auctoritatem, ab auctoritate Apostolatus diversam, sed ut significaret, quod quamvis ipse æque ac Apostoli ceteri, vi Apostolatus sui haberet potestatem docendi ubique locorum, Christo tamen placuerit, ut inter Gentes suo fungeretur Apostolatu, & illos in primis Evangelium de Christo viamque salutis doceret.

Quid differant Apostolatus & doctoratus.

vide I. Cor. XII. 28. seq. Eph. IV. v. 11.

Matth. ult. v. 19. 20. Marc. ult. v. 15.

Probatio Auctoris.

§. XCI. Auctor tamen, ratione & Scripturam in subsidium vocatam, probare satagit, *Apostolos posuisse eligere viam docendi, quam unusquisque meliorem iudicasset.* Ratione quidem; quae plane doceat, eum, qui auctoritatem docendi habet, habere etiam auctoritatem eligendi, quam velit, viam. Scripturam verò, ex qua clarè constet, unumquemque Apostolorum singularem viam elegisse, nempe ex his verbis Pauli *Epist. Rom. cap. 15. v. 20. Sollicitè curans, ut predicarem, non ubi invocatum est nomen Christi, ne aedificarem supra alienum fundamentum.* Deinde affert *dissen-*

inter Paulum & Jacobum, quorum ille docuerit, neminem ex operibus justificari, hic, hominem justificari ex operibus, & non ex fide tantum.

Resp.

§, XCII. Verùm hiſce probationibus non plus inſtroboris, quàm præcedentibus. Primum enim *ratio* docet quidem, eum qui *auctoritatem docendi habet*, habere etiam *auctoritatem eligendi modum docendi*, auditorum captui & ingenio accommodatum, principiis tamen & fundamentis, ex quibus doctrinæ veritas pendet, ſalvis. Nam *docere* eſt rem ex ſuis principiis, ex quibus pendet, deducere, explicare & confirmare, & auctoritas docendi ſemper eſt reſtricta ad veritatem, & ad ea principia ac fundamenta, ex quibus rerum veritas pendet: neque permittit ulli, ut ex quibusvis quidvis, aut ex fundamentis falſis docere alios præſumat, niſi forte *καὶ ἀνθρώπων* procedere, & ex conceſſis, licet falſis, principiis quempiam convincere, è re fore viſum fuerit, ut faciliùs ad veritatem agnoſcendam perducatur. Deinde tantum abeſt, ut Scriptura doceat, *Apoſtolos elegiſſe viam docendi, quam unusquisque meliorem judicâſſet, & religionem diverſis fundamentis ſuperædificâſſe*, ut contrarium potiùs verbis expreſſis inculcet. Adſtringit enim auctoritatem docendi *ad legem & Prophetas*, ſicut *Paulus* palàm teſtatur, *ſe nihil docuiſſe, quàm ea quæ Prophetæ prædixerunt futura, & Moſes: & ſi quis diverſam ſequitur doctrinam, & non accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, eum eſſe inflatum, nihil ſcientem, ſed inſanientem circa quæſtiones ac diſputationum pugnas &c. & fundamentum aliud neminem ponere poſſe, præter hoc, quod poſitum eſt, quod eſt Jeſus Chriſtus.* Confer 2. *Joh. v. 9. 10. Gal. I. 8. 9.* Neque diverſum colligi poteſt ex *Rom. XV. 20.* Nam per *fundamentum alienum* Apoſtoloſ non intelligit fundamentum, ex parte rei diverſum ſive alienum ab eo; quòd à ſe in *Corinthiaca* aliis que *Eccleſiis* poſitum erat, quòd eſt *Jeſus Chriſtus*; ſed

Aët. XXVI.

22.

I. Tim. VI. 31

I. Cor. III. 11.

sed intelligit fundamentum idem quidem cum eo, quod ipse posuerat, sed non à se, sed ab alio Apostolo jactum, atque ad eod fundamentum vocat alienum, non ratione sui, quòd à parte rei alienum & diversum sit, sed ratione Doctoris, per prædicationem illud jacentis, quòd, non à se ipso, sed ab alio jactum sit. Quem sensum ipse verborum contextus exigit. Dicit enim *Paulus*, se id dedisse operam, ut prædicaret Evangelium, *ubi nondum nominatus erat Christus*, i. e. ubi doctrina de Christo prædicata, & fundamentum fidei ac religionis Christianæ, quòd *Christus Jesus est*, jactum nondum fuerat. Causam sui propositi reddit hanc: *ne super alienum fundamentum ædificaret.* At verò ubi doctrina Christi jam ab alio prædicata, & fundamentum, quòd *Jesus Christus est*, jactum jamdum fuerat, ibi non positum erat *fundamentum alienum* ex parte rei, nec *Paulus*, si super illud ædificasset, dici potuisset ædificasse *super fundamentum*, ex parte rei *alienum* sive diversum ab eo, quòd ipse ponere consueverat: quia ipse etiam aliud fundamentum non agnoscebat, aut ponere solebat, præter id, quòd est *Jesus Christus*. Res ipsa ergo exigit, ut fundamentum dixerit *alienum*, non ex parte rei, sed ex parte ponentis, uti dictum.

Tertiò Apostoli etiam, *Paulus* & *Jacobus*, in doctrina de justificatione diversis fundamentis nixi non sunt, sed quemadmodum *Paulus* salutem à sola Dei gratia pendere ostensurus, docuit, *neminem ex operibus justificari, sed ex fide Jesu Christi, vel fide sine operibus legis*, ut tamen *fidem justificantem per charitatem efficacem esse* assereret: ita *Jacobus* non negavit, salutem *dependere à sola Dei gratia*: laudavit enim in Concilio Apostolorum illud Petrinum: *Per gratiam Domini nostri Jesu Christi* A. C. XV. II.
credimus nos salvos futuros; docuit tamen, *Pauli* sententiæ prorsus convenienter, *fidem sine operibus*, h. e. fidem quæ per charitatem non efficax, sed operibus cassa est, *esse mortuam*, veram autem fidem, quæ per charitatem efficax est, ita justificare,

ut

ut justificatio, per eam facta, ex operibus, fidei veritatem demonstrantibus, coram hominibus demonstraretur, & quasi consummetur. Quæ nec inter se pugnant, neque diversa doctrinæ fundamenta inferunt:

cap. XII. p.
144. seqq.

§. XCIII. Discussis ita, quæ longa serie autor ad impugnamdam Scripturæ auctoritatem divinam disputaverat, cadunt ultrò, quæ ex iis tandem inferebat: nempe *Dei æternum verbum & pactum veramque religionem hominum cordibus, hoc est, humana menti divinitus inscriptam esse, eamque verum esse Dei syngraphum, quod ipse suo sigillo, nempe sui ideâ, tanquam imagine sua divinitatis, consignavit; & Scripturam sacram non esse verbum Dei, nisi iis partibus, quibus communes de Deo vitæque recte instituenda notitias continet.* Et primam quidem, ut commentum de *idea Dei, mentibus hominum innata, nunc non excutiam: non enim id præsentis instituti est; legem moralem, quam per Verbum Dei æternum is intelligit, esse hominum mentibus inscriptam, concedimus: eam verò continere religionem totam, negamus simpliciter.* Suprà enim ostensum est pluribus, doctrinam legis continere saltem unam religionis partem, quæ est de nova obedientia; alteram autem, quæ est de reconciliatione hominis peccatoris cum Deo per Christum, ignorare illam penitus. Deinde negamus etiam, quòd Verbum Dei æternum totum mentibus hominum inscriptum sit. Superiùs enim demonstravimus ipsis verbis Paulinis, potissimam ejus partem concernere *sapientiam Dei, in mysterio latentem, quam nemo principium hujus seculi cognovit; mysteria inde à seculis abscondita &c.* Tertiò negamus & illud, quòd Scriptura sacra dicatur *Verbum Dei, tantum quòd legem Dei æternam, quæ verbum Dei est, contineat, & quòd iis tantum partibus, quibus illam continet, Verbum Dei sit.* Docuimus enim suprà ex *Paulo*, Scripturam sacram esse & dici Verbum Dei, quòd *θεοπνευστος* & *divinitus inspirata*, sive quòd Deo inspirante, & per inspirationem in Scri-

pto-

ptoribus sacris loquente, atque quæ scribenda essent, in calammum quasi dictante, conscripta sit; & eandem esse *totam Verbum Dei*, quod *tota divinitus inspirata sit*. Negamus denique, Scripturam sacram esse *truncatam & adulteratam*, quâ de re tamen ex instituto agere, chartæ angustia non permittit. Et tantum de prima Auctoris assertionem, ejusque fundamentis.

§. XCIV. Reliquæ tres assertiones uno & eodem nituntur fundamento, nempe *jure cum naturali uniuscujusque*, quo ceterum reliquæ *Reipublicæ civis & subditi*, tum *supremo Potestatis summæ*, inquam illud transferunt. Fundamentum assertionum.

§. XCV. *Jus naturale uniuscujusque dicit Auctor non determinari quidem sanâ ratione, sed cupiditate & potentiâ, ut quicquid unusquisque sibi utile vel ductu sanæ rationis, vel ex affectuum impetu judicat, id summo naturæ jure appetere, & quacunquæ ratione, sive vi, sive dolo, sive precibus, sive quocunquæ demum modo facilius poterit, ipsi capere liceat, & consequenter pro hoste habeat eum, qui impedire vult, quo minus animum expleat suam.* c. XVI. p. 176, p. 177.

§. XCVI. Quia tamen hominibus utilius est, ut secundum leges & certâ rationis dictamina vivant, que non nisi verum hominum utile intendunt; & præterea nullus est, qui non cupiat securè extrametrum, quoad fieri potest, vivere; quod tamen minimè potest contingere, quamdiu unicuique ad libitum omnia facere licet, nec plus juris rationi, quàm odio & ira conceditur; & denique absque mutuo auxilio homines miserimè & absque rationis cultu necessario vivunt, dicit porro, ad securè & optimè vivendum debuisse homines necessario in unum conspirare, ac proinde effecisse, ut jus, quod unusquisque ex natura ad omnia habebat, collectivè haberent, neque amplius ex appetitu uniuscujusque, sed ex omnium simul potentia & voluntate determinaretur.

§. XCVII. Hinc factum, ut unusquisque omnem, quam habet, potentiam in societatem (vel in aliquos paucos, vel in unum quempiam) transferat, que ad id summum naturæ jus in omnia, p. 179.

hoc est, summum imperium sola retineat, cui unusquisque vel ex libero animo, vel metu summi supplicii parere teneatur, ut ita jus summorum Potestatum sit summum jus natura in omnia, siue summum imperium (etiam circa sacra) cui parere omnes teneantur, à subditis, suo naturali jure cedentibus, in eas translatum.

c. XVII.
p. 187.

§. XCVIII. Nec tamen homines suam potentiam, & consequenter jus suum ita in alium transferre possunt, ut homines esse desinant, neque talis ulla summa potestas unquam dabitur, quæ ita, ut vult, omnia exequi possit: Frustra enim subdito imperaret, ut illum odio habeat, qui eum sibi beneficio junxit, ut amet, qui ei damnum intulit, ut contumeliis non offendatur, ut à metu liberari non cupiat &c. atque adeò fieri non potest, ut animus alterius juris absolutè sit; quippe nemo jus suum naturale siue facultatem suam liberè ratiocinandi, & de rebus quibuscunque judicandi, in alium transferre, neque ad id cogi potest. Hinc ergo fit, ut illud imperium violentum habeatur, quod in animos est, & ut summa majestas injuriam subditis facere, eorumque jus usurpare videatur, quando unicuique præscribere vult, quid tanquam verum amplecti, & tanquam falsum rejicere, & quibus porro opinionibus uniuscujusque animus erga Deum devotione moveri debeat: hæc enim uniuscujusque juris sunt, quo nemo, etsi velit, cedere potest.

p. 225.

Asertionis
secundæ probatio.

§. XCIX. Atque huic, velut fundamento, innituntur tres reliquæ Auctoris asertiones. Et secundæ quidem probatio talis inde provenit: Quo jure nemo cedere potest, quodque in potestates summas translatum nunquam est, sed unusquisque, salvo illarum jure summo sibi retinuit, illud potest etiam à Potestatibus summis, salvâ pace Reipublicæ, unicuique concedi. Atqui jus liberè judicandi & sentiendi de religione, & rebus quibusque, non est translatum in Potestates summas, sed unusquisque retinuit id sibi, salvo illarum jure summo. Ergo jus liberè judicandi & sentiendi de religione & rebus quibusque potest à Potestatibus summis, salvâ Reipublicæ pace, unicuique concedi. Minor propositio constat ex hæctenus dictis.

Ma-

Major autem facile probatur: Quia quod salvo jure Potestatum summarum homines sibi retinere possunt, id possunt etiam salvâ Reipublicæ pace sibi retinere, & ut illud sibi retineant, potest à Potestatibus summis, salvâ Reipublicæ pace, concedi. Nam Reipublicæ pax salva dependet à jure Potestatum summarum salvo, & quod huic non repugnat, id nec paci Reipublicæ repugnare potest.

§. C. Tertiæ assertionis probatio videtur huc redire: Probatio assertionis tertiæ. Quo iure nemo cedere potest, & quo ut cedant, homines cogi non possunt, absque perfidia & adulatione abominanda, illud à Potestatibus summis tolli non potest, quin & pietas ipsa tollatur. Atqui jure liberè judicandi & sentiendi de religione nemo cedere potest, nec ut eo cedant, homines cogi possunt absque perfidia & adulatione abominanda. Ergo jus liberè judicandi & sentiendi de religione à Potestatibus summis tolli in Republica non potest, quin & pietas ipsa tollatur. Major patet: quia adulatio & perfidia è diametro pugnat cum pietate, ut quod necessariò adulationem & perfidiam secum trahit, non possit non tollere pietatem. Minor autem propositio lucem accipit ex hætenus dictis. Jus enim ratiocinandi & liberè judicandi ac sentiendi ita cujusque naturæ implantatum est, ut eo se abdicare nemo possit, quin & hominem exuat. Quod si Potestates summæ prohibere velint subditos, ne liberè loquantur, quæ sentiunt, idque obtineant, nunquam tamen obtinebunt, ut nihil etiam, nisi quod ipsa velint, cogitent, atque adeò necessariò sequeretur, ut homines quotidie aliud sentirent, aliud loquerentur, & consequenter, ut fides in republica apprimè necessariâ, corrumpere, & abominanda adulatio & perfidia forentur, unde doli, & omnium bonarum artium corruptio.

p. 229.

§. CI. Quartæ denique assertionis probatio hæc est: Quartæ assertionis probatio. Quod jus ita homini naturale est, ut eo nec cedere, nec à Potestatibus summis prohiberi possit, nisi imperio violento, & successu admodum infelici, hominibus consumaciter contranitentibus, illud tolli à Potestatibus

p. 119.

statibus summis non potest, quin & pax Reipublicæ tollatur. At qui jus libere judicandi, sentiendi & loquendi de rebus, ad religionem pertinentibus, ita se habet. Ergo à Potestatibus summis tolli non potest, quin & pax Reipublicæ tollatur. Major propositio probatur: quia imperium violentum in hominum animos, & in jus naturale cuiusque, quo nec cesserunt, nec cedere possunt, cum pace Reipublicæ stare non potest. Minorem probat Autor verbis supra §. XCVIII. allegatis. Quò facit etiam, quò postquam dixerat; *Ac ponatur, hanc libertatem (loquendi) opprimi, & homines ita retineri posse, ut nihil mutire audeant, nisi ex præscripto summarum Potestatum &c.* subjungit: *Verùm longè abest, ut id fieri possit, ut omnes scilicet præsumto loquantur: sed contra quò magis libertas loquendi hominibus adimi curatur, eò contumacius contrà nituntur, non quidem avari, adulatores, & reliqui impotentes animi, quorum summa salus est, nummos in arca contemplari, & venter distentos habere, sed ii, quos bona educatio, morum integritas, & virtus liberiores fecit. Ita homines plerumque constituti sunt, ut nihil magis impatienter ferant, quàm quòd opiniones, quas veras esse credunt, pro crimine habeantur, & quòd ipsis sceleri reputetur id, quòd ipsos ad pietatem erga Deum & homines, movet, ex quo fit, ut leges detestari, & quidvis in magistratum audiant; nec turpe, sed honestissimum putent, seditiones hac de causa movere, & quòdvis facinus tentare.*

§. CII. Hæc fundamenta sunt Auctoris, quibus ejus tres reliquæ assertiones innituntur. Quæ ad accuratorem veritatis lancem examinaturi poteramus primò omnium instituire disquisitionem de jure naturæ, rectè ab Auctore determinetur cupiditate & potentiâ, ut quicquid unus quisque sibi utile vel ductu sana rationis, vel ex affectuum impetu judicat, id summo naturæ jure appetere, & quacunque ratione, sive vi sive dolo, sive precibus, sive quacunque demum modo facilius poterit, ipsi capere liceat? Quòd sanè primo auditu absurdum, imò impium est. Appetitiva hominis facultas ejusque cupiditas & potentia sanæ rationi, velut

re-

De jure natura.

regulæ justæ & injustæ, subjectæ sunt, & quæ ab iis proficiuntur, in tantum rectæ & justæ sunt, in quantum cum recto illius dictamine conveniunt. Quæ autem cum eo pugnant, meritò injustæ putantur: sicut etiam *vi & dolo aliquid capere*, omnium consensu, injustum habetur, nec *summo jure nature*, sed contra jus naturæ, summâ alterius injuriâ capitur, quod sic capitur. Sed quia ad præsens institutum disquisitio hæc parum aut nihil facit, brevitatis studio eâ nunc superfedemus.

§. CIII. Quod autem ad confirmationem assertionis secundæ dicitur, *neminem suo jure naturali ratiocinandi, iudicandi & sentiendi cedere, vel in alium illud transferre, vel denique, ut id faciat, cogi posse*, verum est. Neque etiam Potestates summæ quenquam, ut jure ratiocinandi, iudicandi & sentiendi simpliciter cedat, cogunt, sed jus hoc relinquunt omninò unicuique salvum & integrum. Aliud autem est *ratiocinari, judicare, sentire*, aliud *de religione temerè & contra regulam veri*, sanam rationem scilicet aut *divinam revelationem, vel secundum eam* ratiocinari, judicare & sentire. Temerè & contra sanam rationem, vel contra divinam revelationem de ea ratiocinari, tantum abest ut juris naturæ sit, ut cum illo & divino jure è diametro pugnet: cum jure naturæ quidem, quia intellectus suâ intrinsicâ naturâ determinatus est ad verum, estque facultas cognoscendi res, ut in se vel per principia, ex quibus pendent, aptæ sunt veram sui cognitionem terminare, atque adeò facultas non temerè & pro lubitu, sed juxta regulam veri, & principis, à quibus res, sive in esse sive in cognosci dependent, convenienter ratiocinandi, iudicandi & sentiendi. Cum jure divino autem: quia Deus in Verbo suo ubique ad Scripturam, velut ad normam, secundum quam de religione ratiocinari, judicare & sentire debeamus, nos remittit. *Ad legem & testimonium*, inquit *Esaias*. Et rursum: *Querite ex libro Jehova, &*

Jure natura-
li an quis cedere possit?

c. VIII. 20.
c. XXXIV. 16.

Luc. XVI. 29. *Legite. - Habent Mosen & Prophetas, audiant illos, ait Christus: &*
 Joh. V. 39 *rursum: scrutamini Scripturas. Paulus reliquit Timotheum Ephe-*
 I. Tim. I. 3. *si, ut denunciaret, ne diversam sequerentur doctrinam; & si quis di-*
versam sequitur doctrinam, & non accedit sanis sermonibus Domini
nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrina, eum dicit
 c. VI. 3. *inflatum, nihil scientem, sed insanientem. Quamobrem captivare*
 2. Cor. X. 5. *jubet intellectum, ad versus cognitionem Dei se excellentem, sub ob-*
sequium Christi. Jure igitur (si jus dicere fas est) temerè &
contra regulam veri de religione ratiocinandi, judicandi &
sentiendi potest, imò & debet unusquisque, ipso divino & na-
turæ jure exigente, cedere, & sanæ rationi in iis quidem, quæ
naturæ lumen non excedunt; in omnibus autem divinæ reve-
lationi se conformare. Quod sicubi exoriantur dubia, ex qui-
bus se quis non planè expedire possit, tum eam potius senten-
tiam sequi tenetur, quam Scripturæ conformem judicat Ec-
clesiæ, quàm suo proprio fidere judicio, menti:que & sensui
Ecclesiæ illud præponere. Quod ipsum, ut juri naturæ & di-
vino consentaneum est, ita à Potestatibus summis rectè præ-
cipi potest, pœnis constitutis in eos, qui secus faciunt, Eccle-
siam doctrinis falsis turbant, & à via veritatis homines in er-
rores perducunt.

Objectio. §. CIV. *Quod si objiciatur, ratiocinari secundum vel contra*
divinam revelationem, secundum vel contra sanam rationem, esse
actus intellectus elicitos & internos, in quos Potestatibus
summis nullum conveniat imperium, nulla vis coactiva; re-
spondemus

Resp. I. *Ad hoc, ut actus elicitos & internos rectos præcipere,*
falsos autem prohibere possint Potestates summæ, sufficere,
si in actus imperatos & externos, qui ex illis pendent, impe-
rium & vim coactivam habeant. Dum enim hos præcipiunt,
vel prohibent, sub comminatione pœnarum, eo ipso inducunt
etiam moventque hominum animos ad internos, regulæ con-
venien-

venienter eliciendos, & oppositos cavendos, atque adeò exercent imperium etiam in actus elicitos internos, non quidem directum, sed indirectum, quamvis in solos externos pœnas civiles constituent, nō in internos. Sic lex divina, præcipiens actiones externas virtutum, & prohibens vitiorum actiones externas, sub comminatione damnationis æternæ, præcipit etiam, prohibetq; actiones internas, ex quibus pendent, vel certè pendere debent sub eadem comminatione. Similiter lex civilis, easdem actiones virtutum externas præcipiens, & vitiorum actiones externas prohibens, præcipit prohibetq; indirectè internas virtutum vitiorumve actiones, quamvis in solas externas pœnas constituat.

II. Summarum Potestatum est non tantum vi coactivâ & metu pœnarum, sed & institutione, exhortationibus, dehortationibus, aliisque mediis convenientibus subditos ad agnitionem religionis veræ, & ad virtutem inducere, & si mediolorum usum, quibus mentes illorum ad actus internos eliciendos, vi jûris in se translati, imperare subditis possint, tum rursus habent quodammodo imperium in ipsos actus elicitos & internos, non quidem directum & immediatum, sed indirectum & mediatum, in quantum scilicet imperium habent in mediolorum usum, quibus ad eos eliciendos hominum animi inducuntur, eumque sub comminatione pœnarum præcipere possunt.

§. CV. Inter media illa potissimum est recta & divina révelationi congrua institutio in capitibus doctrinæ & religionis Christianæ. Non datur aliud convenientius efficaciusq; medium ad trahendos hominum animos in assensum, ad consensum Ecclesiæ in una fide tuendum, & ad præcludendam falsis ac fanaticis opinionibus viam, quam recta institutio, quâ doctrinæ veritas intellectui sub sua ratione cognoscendi propria proponitur, declaratur, dubia, quæ remorari in-

Medica ad
actus elicitos.

intellectum possunt, remouentur, atque id agitur, ut ad agnitionem unius fidei omnes perveniant, & in eadem quotidie crescant.

§. CVI. Ea peragi solet & debet

I. Domi curâ parentum, in id incumbentium, ut in eunte, atate liberis præcipua religionis & fidei catholicæ capita inculcentur, & cum lacte quasi instillentur. Quò pertinent admonitiones Scripturæ ad parentes, Mosis quidem:

Deut. VI. 7. *Et erunt verba ista, quæ ego præcipio tibi, super corde tuo, & repetes ea filiis tuis, & loqueris cum eis, quando sedebis in domo tua, & quando ambulabis in via, quando accumbes, & quando surges; & Pauli:*

Eph. VI. 4.
Col. III. 16.

Parentes educate liberos vestros per eruditionem & correptionem Domini. Sermo Christi habitet in vobis opulente cum omni sapientia: doceteque & commoneate vos invicem canticibus, & laudibus, & cantilenis spiritualibus, cum gratia canentes in corde vestro Domino.

II. In scholis publicis à præceptoribus, à quibus institutio, domi cœpta, continuatur, & instillata illis religionis rudimenta declarantur uberius, ut in cognitione illorum indies proficiant, & majora incrementa capiant.

III. In Ecclesiæ conventibus publicis, in quibus religionis Christianæ capita ad captum & ædificationem omnium proponuntur, & ex Verbo Dei explicantur & confirmantur.

Eph. IV. 11.
seqq.

Quo intuitu scitè ait Apostolus laudatus: *Idem (Christus) dedit alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad instauracionem sanctorum, in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi: donec perveniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi, ut non amplius simus pueri, qui fluctuamus & circumferamur quovis vento doctrine, per versutiam hominum, per astutiam, quâ (nos) adoriuntur, ut (nobis) imponant, sed veritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum, qui est caput, nempe Christus.* Quamobrem idem

Tim. II. 24.

requi-

requirit in Episcopo sive doctore Ecclesiæ, ut sit διδακμὸς, aptus ad docendum, tenax ejus, qui secundum veritatem est, sermonis, & qui habeat formam sanorum verborum, qui rectè fecerit verbum veritatis: & Scripturam totam dicit utilem esse ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, quæ est in justitia. Horum verò omnium cura & ordinatio pertinet ad Potestates summās.

Tit. I. 9.
v. 13.
c. II. 15.
II. Tim. III. 16.

§. CVII. Alterum & à recta institutione proximum medium est falsarum doctrinarum refutatio, quæ licet ad Doctorum Ecclesiæ munus pertineat, & propterea etiam ab Episcopo Paulus requirat, ut sit δυνατὸς ἐλέγξεν τοὺς ἀνελγυοτάς, aptus ad convincendum contradicentes; Potestatum summarum tamen est constituere & alere viros, ad hoc idoneos, & ordinare, ut ritè & ad Ecclesiæ ædificationem omnia peragantur. Quòd si doctores falsi irrepant, qui doctrinas erroneas spargere, easq; simpliciorum animis instillare audent, summarum Potestatum est eos prohibere, & si in proposito pergant, potius coercere, vel etiam ex ditionibus suis ejicere, juxta admonitionem Paulinam: *Hereticum hominem, post unam & alteram admonitionem, fuge, sciens, quòd eversus sit, & peccet per se damnatus.*

Tit. I. 9.

Doctores falsi coercendi.

Tit. III. 10.

§. CVIII. Jura summarum Potestatum, circa hæc media occupata, quamvis proximè respiciant actus externos docendi, refutandi &c. remotè tamen collineant ad ipsos actus intellectus internos, quibus de religionis capitibus, juxta divinam revelationem, convenienter judicatur, modò naturæ rationali congruo eliciendos. Per institutionem enim deducitur intellectus ad meditationem Verbi divini, & per declarationem veritatis errorumque refutationem disponitur idem ad illam assensu amplectendam, & hos dissensu improbandos, & dum doctores falsi & animarum seductores docere prohibentur, ne errores aliis instillent, cavetur.

Exceptio Au-
ctoris.

p. 225.

p. 226.

excutitur.

§. CIX. Auctor non diffitetur, hujus generis mediis posse hominum animos ad actus internos sic vel aliter eliciendos validè induci; putat tamen, eò nunquam perventum iri, *ut homines unquam non experirentur, unumquemque suo sensu abundare, totque capitum, quot palatorum, esse discrimina.* Huc enim, nisi fallor, collineat, cum in c. XX. Fateor, inquit, *judicium multis & penè incredibilibus modis præoccupari posse, atque ita, ut quamvis sub alterius imperio directè non sit, tamen ab alterius ore ita pendeat, ut merito ejus juris dici possit: Verùm quicquid ars hac in re præstare poterit, nunquam tamen eò perventum est, ut homines unquam non experirentur unumquemque suo sensu abundare, totque capitum, quam palatorum esse discrimina.* Et rursus: *Quamvis igitur summæ potestates jus ad omnia habere, & juris & pietatis interpretes credantur, nunquam tamen facere poterunt, ne homines judicium de rebus quibuscunque ex proprio suo ingenio ferant, & ne eatenus hoc aut illo affectu afficiantur.*

§. CX. Verùm hæc nullius momenti exceptio est. Primum enim ad hoc, ut actus internos & elicitos Potestates summæ indirectè & mediatè præcipere possint, sufficere, quòd in actus externos imperium directum habeant, & in illarum arbitrio sit, media, ex quibus actus interni dependent, constituere, ordinare, & ad illorum usum subditos compellere, hætenus ostensura fuit. Neque obstat, quod effectus non semper, nec unquam apud omnes obtinetur. Nam actus externi etiam, in quos tamen imperium directum & immediatum habent, nò semper, nec apud omnes per leges publicas obtinentur. Inveniuntur enim ubique locorum refractarii & improbi, qui contra quàm leges jubent, agunt. Num propterea leges, quibus præcipiuntur, frustra conditas, aut imperium, quod in illos Potestates summæ exercent, violentum dixeris? Deinde quæ sub judicium de religione cadunt, in duplici differentia sunt. Quædam simpliciter omnibus cogni-

tu

tu necessaria sunt. Alia verò citra jacturam salutis ignorari, vel etiam in partem utramque disputari, aut negari possunt. In his consensum omnimodum Potestates summæ nec præcipiunt subditis, nec exigunt ab illis, sed permittunt faciliè unicuique suam judicandi libertatem, modò eà non abutantur ad ferendas lites non necessarias, & ad turbandum consensum doctrinæ, animosque fidelium distrahendos. In illis verò usque adeò difficile non est apud omnes, vel certè apud plerosque obtinere consensum. Ea enim vel naturâ nota sunt, vel, si lumen naturæ excedant, in Scripturis sacris ita clarè & perspicuè revelata sunt, ut faciliè omnibus, si non ex lumine naturæ, tamen ex divina revelatione, vel ex utroque innotescant. Quod & per experientiam confirmari potest. Quis enim nescit, quàm faciliè doctrina religionis Christianæ, cujus epitomen quandam Symbolum Apostolicum exhibet, populis & Gentibus persuasa, per orbem terrarum propagata, ab omnibus agnita & credita sit? Quæ etiam ab hoc ipso, quod ab omnibus, ubique locorum, & omni tempore agnita, recepta & credita fuit, religionis & fidei catholicæ nomen & appellationem sortita est.

§. CXI. Quibus ita expeditis, ultrò cadunt argumenta, quæ ad adstruendas reliquas tres assertiones Auctor adfert. Et quidem in argumento, supra §. XCVII. ad confirmationem assertionis secundæ extracto, falsa est propositio minor. Jus enim liberè, h. e. pro lubitu, etiam contra sanæ rationis principia, & contra Scripturas sacras (ita enim Auctor libertatis vocem hic accipit) philosophandi, h. e. judicandi & sentiendi de religione, non est jus, sed abusus rationis, juri naturali & divino repugnans, quo unusquisque cedere & potest & debet. Judicare autem & sentire de religione sanæ rationis principiis convenienter, in iis quidem partibus, quæ lumen naturæ non excedunt, juris naturalis; & de eadem ju-

Ad probationem assert. II. respondetur.

dicare ac sentire ad præscriptum divinæ revelationis, juris divini est: & quamvis jure hoc non cedant subditi, cùm Potestatibus summis se ad obsequium obstringunt, cedunt tamen jure instituendi, ordinandi, præcipiendique ea, quæ ad hoc, ut non pro lubitu quisque, sed regulæ veritatis omnes conveniënter de religione judicent, necessaria sunt, & prohibendi omnia, quæ rectum de religione judicium impediunt, hominesque in faticas & impias opiniones, ad ipsorummet perniciem, deducunt. Atque jus hoc totum translatum est in Potestates summas, ita ut, eo salvo, nemo diversum quid instituere, ordinare, præcipere, aut prohibere, vel etiam contra id, quod hac in re illi instituerunt, ordinaverunt, præceperunt, aut prohibuerunt, agere possit. Et sanè quantoperè obsit libertas illa philosophandi Potestatum summarum iuri, decretisque & institutis, atque adeò ipsi Reipublicæ paci, vel inde intelligitur, quod nihil magis animos, cùm Magistratum & subditorum, cùm subditorum inter se, distrahat, quàm quæ ex illa nascitur, religionis diversitas, quâ fit, ut se invicem pro eisdem corporis mystici membris, ad mutua fraternæ charitatis officia sibi devinctis, non agnoscant, & porro etiam in societate civili rebusque civilibus in diversa trahantur studia, facileque in partes, pacem & tranquillitatem Reipublicæ turbantes, dividantur.

§. CXII. Perinde in altero ad confirmationem assertionis tertiæ producto argumento falsa est minor propositio. Ostensum enim est hæctenus, quòd jus liberè, h. e. pro lubitu contra principia sanæ rationis, & contra divinam revelationem, de religione judicandi & sentiendi, propriè loquendo non sit jus, sed abusus rationis, cum jure naturæ & divino pugnans, quo unusquisque cedere potest & debet. Et quamvis homines non possint cogi, ut eo cedant quoad actus elicitos, possunt tamen cogi à Potestatibus summis, ut illo cedant,

dant quoad actus imperatos & externos; & rectâ institutione, cum privatâ & domesticâ, tum publicâ in Scholis & Ecclesiæ conventibus, falsarumque doctrinarum refutatione possunt iidem induci, ut actibus elicitis, ratiocinando scilicet & iudicando de religione, Scripturæ sacræ & Ecclesiæ consensui se conforment absque hypocrisi, absque adulatione & perfidiâ. Atque sic nefanda illa philosophandi libertas potest etiam pietate salvâ tolli.

§. CXIII. Eundem in modum cum argumento tertio, ad confirmationem assertionis quartæ & ultimæ confecto, res Resp. ad III. argument.
habet: nempe propositio minor rursus falsa est. Jus enim liberè, h. e. pro lubitu, etiam contra sanæ rationis principia, & contra divinam revelationem iudicandi & sentiendi de religione, ut sæpius dictum, non est jus, sed abusus rationis pessimus, cum jure naturæ & divino pugnans; multò minus est jus ita naturale homini, ut eo cedere non possit, sed est abusus, quo & possunt & debent omnes cedere, & quem Potestates summæ etiam modis jam dictis tollere possunt per ordinationem mediorem congruorum ad rectam hominum institutionem in doctrina Christiana, cum domesticam, tum publicam, ad errorum & doctrinarum falsarum refutationem, & falsorum doctorum seductorumque coercitionem, absque ulla imperii violentia, sanæ rationi prorsus conformiter, ut ex hæcenus dictis liquidò patet.

CXIV. Multo magis autem *jure loquendi* contra receptam religionis doctrinam (liceat ita cum Autore *juri* voce abusive uti) cedere quisque potest. *Loqui* enim est actus externus, & à voluntate imperatus: cujusmodi actus aliàs per se & directè sub imperium summarum Potestatum cadunt. Quod Auctor non planè diffitetur: excipit autem I. Si vel maxime opprimi libertas loquendi in religionis causa, & homines retineri possint, ut nihil mutire audeant, nisi ex præscripto summarum Po-

testatum, hoc tamen nunquam obtentum iri, ut nihil etiam, nisi quid ipsa velint, cogitent, atque hinc necessario locuturum, ut homines quotidie aliud sentirent, aliud loquerentur, & consequenter ut fides, in republica apprimè necessaria, corrumpeteretur, & abominanda adulatione & perfidia foventur. II. Neque apud omnes id obtentum iri, sed tantum apud avaros, adulatorem, & reliquos impotentes animi, quorum summa salus est, nummos in arca contemplari, & ventres distentos habere, non autem apud eos, quos bona educatio, morum integritas & virtus liberiores fecit. Ita enim homines plerumque constitutos esse, ut nihil magis impatienter ferant, quam quòd opinionones, quas veras esse credunt, pro crimine habeantur, & quòd ipsis sceleri reputetur id, quod ipsos ad pietatem erga Deum & homines movet, ex quo fiat, ut leges desertari, & quidvis in magistratum audeant; nec turpe sed honestissimum putent, seditiones hac de causa movere, & quodvis facinus tentare.

Ad 1. respon-
detur.

CXV. Verum hæ quoque exceptiones in recessu non habent, quod à fronte pollicentur. Ex quod ad priorem attinet, jam supra §. CV. & seq. ostensum est, quòd quamvis summis Potestatibus non conveniat jus & imperium directum in ipsos actus intellectus & voluntatis elicitos, conveniat tamen iis jus & potestas ordinandi media, quibus ad rectum de religione iudicium in iis quidem, quæ creditu omnibus necessaria sunt, atque adeò ad consensum in fide catholica induci omnes possunt & debent. Et qui sic, uti debent, se ad illum induci patiuntur, illi & loquuntur de creditu factuque necessariis in causa religionis, & cogitant etiam, judicant ac sentiunt de iisdem ad præscriptum summarum Potestatum, absque perfidia, absque adulatione, atque adeò cum summis Potestatibus in religionis catholice capitibus & sentiunt idem, & idem loquuntur. Quod si qui inveniuntur, qui à spiritibus fanaticis seducti, à fide catholica intus & apud animum suum dissentiant; Potestates summas autem veriti, dis-

sen-

sensum suum non profiteantur, sed potius externa professione se consentire simulent, atque adeo aliud loquantur, & aliud sentiant, tum id per accidens erit, quod justitiæ legum, quibus pugnantibus cum fide catholica opiniones fanaticæ prohibentur, nihil derogare potest, perinde ut justitiæ legum aliarum, v. g. furta, adulteria, homicidia prohibentium, nihil detrahit, quod in republica inveniuntur, qui à furtis, adulteriis & homicidiis se alienos esse simulent, & tamen clam atque in occulto eadem patrent.

§. CXVI. Ad posteriorem verò exceptionem resp. eos, Resp. ad II. quos bona educatio, morum integritas & virtus à vitiis liberiores fecit, esse etiam in capitibus religionis catholicæ inde à pueritia benè informatos, & ad idem sentiendum loquendumque cum Ecclesia catholica, in qua nati & educati sunt, adsvetos. Institutio enim in capitibus pietatis & religionis catholicæ est pars bonæ educationis potissima. Atque hi non tantum impatienter non ferunt, quod dissentientes à fide catholica, cui animo & ore addicti sunt, opiniones pro crimine habentur, & legibus proscribuntur, sed fugiunt etiam cane pejus & angue illos, qui palam à fide catholica dissentiunt, juxta monita Scripturæ: *Hæreticum hominem, post unam & alteram admonitionem, fuge, sciens, quod eversus sit, & peccet, per se damnatus. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non asserti, ne recipiatis eum in domum, nec ave ei dixeritis.* Quòd verò attinet ad avaros, adulatores, & reliquos impotentes animi, quorum summa salus est nummos in arca contemplari, & ventres distentos habere, illi religioni nulli sincerè & ex animo addicti sunt: à quibus Reipublicæ, vel ipso Auctore fatente, eò minus periculi aut motuum ex legibus de doctrina religionis metuendum est, quò à religione omni alieniores sunt, & quò longiùs terrena cœlestibus, temporalia æternis bonis anteponunt. Si qui refractarii verò, à seductoribus decepti, & zelo religionis, non

Tit. III. 10.

2. Joh. v. 10.

non tamen secundum scientiam, ducti impatienter ferant leges, quibus errores, doctrinæ catholicæ adversi, proscribuntur, easque detestentur, & in magistratum quidvis audeant, vel honestum putent seditiones hac de causa movere, illi jure meritoque incidunt in pœnas, in homines seditiosos constitutas, nec apparet ratio, cur leges, de religione catholica traditæ, propterea non scelestos, sed ingenuos respicere, nec ad malignos coercendum, sed potius ad honestos irrixandum condi, aut sine magno periculo defendi non posse dicantur, ut ineptissimè Auctor contendit. Et tantum
hac vice.





SCAZON!

Facelle, Tenebrio, factise! quid porro
Laxare lora sustines Deo inuilius?
Nam quæ, malum! est effrenis illa libertas:
Uecredat hic & ille, quod sibi vilius,

Defendat hic & ille quod sibi vilius:
O peior ipsâ seruitute libertas!
Tu KNORREN in fanaticum expedi ferrum,
Hydramque sterne! præit Hercules noster
Iagere MUSÆUS, scull' ubi nostris
Fac, Amice, mundus eruditior norit,
Exercita sub Heroë quid queat virtus
Natiua tantò. At ecce, bellua ut strata est!
Et quàm repente! Ut putre sibilat virus,
Ut rabida terram mordet! Ut fera expirat!
Apage cadaver! pestilens humi moles!
Jo triumphe! KNORRIUS meus vicit,
Jo triumphe! dicite huic meo Pœan,
Iterumque pœan, KNORRIUS meus vivat!

*Rinthele 17. Mart. Id quod honoratissimo suo Affini ex animo
1674. precatur gratulabundus*

GERARD-WOLTER MOLANUS,

S.S.Theol.D.eiusdemquæ primarius quondam inAcade-
mia Rintheleli Professor, nunc Serenissimi Brunsvicensium
& Lunaburgensium Principis Consiliarius Consi-
storialis & Director Ecclesiarum per Ducatus Calen-
bergensium, Cöthenensium &
Göttingensem.

N **Fecta**

Fœta suum dum pandit humus, vernatque
recenti

Gramine, mox spondens plura, benigna pa-
rens,

Naturam sequeris, KNORRI, mentis quoque ful-
dens

Fœtus, queis veniat messis opima precor.

Gratul. scrib.

FRIDEM. Schömanni

D. P. P.

Noscitur è terris summi distantia cœli,

Non minùs è verbis noscitur omnis homo,

Noscitur è pomis variisque ex fructibus arbor ;

Noscitur ex oculis foemina virque suis.

Mandibulam gestat Simson, clavam Hercules
olim;

Ast Iris clarum Te, Friderice, facit.

Testor Rinthelii quam carpis ab fride palmam,

Illà Tuas laudes ingeniumque probat.

Haud minor est virtus patrios dum, quæris ho-
nores

Crede mihi, haud est maxima, nosse Patrem.

No-

Noscitur æq; è prole pater simul è patre proles;
Tu proles magni diceris esse Patris.

Magnus Alexander, quia magnus in orbe Phi-
lippus,

Quis sis, quis fueris, sat tua Scripta probant.

Ad populum dum verba facti, mirabile dictu?

Ingenii monstras Eloquique decus.

Jenensem testor, qua clares, Principis aulam,

Hic manet æternum gloria magna tibi.

Istic dum vivet BERNARDI gloria in annos

Non erit innumeros in memor Aula Tui.

Atque ego, sincerus dum Spiritus hos reget ar-
tus,

Dispeream, si non sim memor usque Tui.

Vade bonis artibus multas peregrinus in oras,

Crede, tuus semper corde Wigandus erit.

Sis ubicunque velis, melior fortuna sequetur,

Ergo Vive, Vale, pignus amoris habet.

*Sic Clarissimo Dotsino Auctori & abiturienti ex
lausano apprecari voluit*

ANDREAS WIGANDI, SS. Theol.

Licentiatu, et quodamque totius Præf. Pub. Publicus,
nec non diversarum Ecclesiarum Concionator Prima-
rius, nunc etiam Confessorii Eccles. Ducalis-

Jenensis Adfessor.

Libera nequaquam ratio est, adstri-
cta sed ipsis

Rebus, quæ penitus plurima mira
foveat.

**Cur in divinis non æquo jure liga-
tam**

**Agnoscis mentem, liberiora se-
quens?**

**Naturam intimius non inspexisse, nec
in se**

**Quid complectatur Te meminisse,
puto.**

**Cortice contentus per qualequid
omnia sciscis.**

**An & huncce modum sacra pate-
re putas?**

**Falleris. Ad pondus res exige: mysti-
ca multa**

**Vel mundi in gremio cernere mox
poteris.**

Illu

Illam prius solvas, quam hæc aggrediaris:
utrisque
Captivam mentem disce tenere
DEO.

Tanta geometricis miris adfvetus abundè
KNORRIUS effari, Teque docere, potest.

Gratulab. Amico f.

ERHARDUS WEIGELIUS, Artium
Architect. Direct. Sup. Mathem. P. P.
Alumn. Inspector.

THEIologus Sophus est; atheus quoque sæpius
idem.

Hos dignoscere satis, grande profectò sophos.

Doctissimo Dn. KNORRIO,
Comptitoris & inquisitoris honoratissimo, eruditissimam
disputationem modernorum quorundam in Phi-
losophia & Theologia errores solide dete-
gensi ac constanti gratulab.
accinebas

CASP. POSNER, P. P.

Enus in cathedra verum, & nova
prælia cautus, (inis.

Dum quæsitâ plicis torta resolvis,
Discutis ut fumunt, deliramenta So-
philli,

Dogmata blasphemi pernicioſa Viri.
Vappa animi laqueos nodosque pli-
cabilis unci

Ponit, quos clarus **KNORRIUS**
ille fecat.

Musarum in castris pugnas sub Prin-
cipe, **KNORRI!**

MUSÆO, ostendis virque virile viro.
Hinc caput infinuas astris, hinc glo-
ria Patris

Magni respundet magna decus-
que. Vale!

*Splendidiſſimarum in Magno Parente Virentum Hæredi
ex aſſe, DOMINO KNORRIO, Fautori ac quon-
dam Conuictori mihi honoratiſſimo & ob communicatio-
nem ſtudiorum ac infucatâ amicitiam ſummè eſtiman-
do animicus gratulor.*

Val. Belthem/Moral.P.P. ord.

Aon idum KNORRE studio quo castra sequaris,
Grataque quam victrix sit Tibi palma patet:
Ceu miles, cui læta placet victoria, nunquam
Difficilem pugnam, crebraque tela fugit;
Sic Te non lætare sinit densissima quæque
Agmina sectari mens studiosa iubet.
Hinc merito acclamo Veterum *Feliciter* ! ampla
Præmia monstrabit dextera summa Dei.

Fautori & Amico Optimo
ex animo gratulatus

CASPAR SAGITTARIUS,
Philos. M. & SS. Theol. Ddus.

Facta laudet Cæcilius per orbem
Clara Pelidæ : Telamonique
Cantet artus Mæonides, suoque
maestet honore.
Tollat astris, Musa Maronis, acta
Æneæ fortis : sileat nec arma
Rufus hinc orbis Domini, Jovisque
Laudibus æquet.
Nos tacemus talia ; Robur autem
Si quod in nostris humeris relictum
Entheæ menti dabimus, canentes
Carmine laudes.
Sed vides, nostras superat refulgens
Virtus heu laudes ! Tibi mancipata :
Quæ suam fixit requiem, peramplio
Parta labore.

Hinc

Hinc benignā fronte, dabis petitis
Jam locum nostris, meritò quod impar
MUSA Carmen nunc ferat ecce nostra,
Symbolum amoris.

Nos tuas dotes genii stupentes
Laudibus dignis cumulent precamur
Doctiores: Praeses Apollo solus
sufficit hisce

Nunc vovemus pectore crede toto:
Annuat coeptis Jovis aura largè.
Magna sis Magni requies Parentis
Dulce levamen.

*Sic Nobilissimo atque Praeclare docto DN. KNORRIO;
Convictori ac Fautori suo Honoratissimo, Dilectissimoq;
majora mente precati, hisce assurgere voluerunt, de-
baerant.*

COMMENSALES POSNERIANI.



DISPUTATIONUM THEOLOGICARUM

De

F I D E

SECUNDA,

Qua adhuc est de causa fidei efficiente.

D. O. M. A.

In Illustri Salana

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS MUSÆI,

S. S. Theol. D. & P. P. publicæ ventilationi exposita


ab

HENRICO AMMERSBACHIO,

Halberstadiens. Saxone.

IN AUDITORIO MAJORA

IV. Kalend. Februarii.




JENE,

Excudebat Caspar Freyschmid,

Anno clb Lc LIII.

JESVS.



Via, Veritas, Vita.

J uſtitia
 E udæmonia
 S olamen
 V ictoria
 S alus

Contra

Peccatum.
 Maledict. Leg.
 Anxietatem.
 Mortem.
 Infernum.

Adeoq; omnia
 in omnibus
 adimplens,
Eph. I. 23.

Quam sit rara **FIDES** in mundi fine futura ,

VOX SALVATORIS (Luc. 18. v. 8.)
commemoranda docet.

AMMERSBACHI igitur multum dilecte,
FIDELI

Sub Duce, de **FIDEI** quam bene rebus
agis?

Gratulor hos ausus : lacrum commendo la-
borem ,

Et precor ut vivas hic inibique **FIDE!**

*Humanissimo & Praestantissimo DN. HEINRICO
AMMERSBACHIO, Respondenti; Amico
& Consalino suo cathedram Theologicam &
validum studium gratulatur.*

Christianus Chemnitius, D.

Prof. Publ. Vice - Pastor & Vice-
Superintendens.

Siecht Herr Ammersbach / der Plerinnew
Freund.
Du bist des Lobens werth : dein Conne dir ihe
scheint ;

well

Woll du uns zeigen heut / worauff der Glaube steht
Darin ein reine Seel den Himmel an stets geht,
Der selbe sey mit dir: du rechter Musen Sohn,
du wirst für deinen Fleiß bald kriegen Ruhm zu
Lohn;

Damit du dienen kannst dem lieben Vaterland
In rechter Glaubens Lehr. Man heut dir schon
die Hand,

Dieses zu Bezeugung treuer Freundschaft
schafft überreicht

Siet. Hartkopf
Hamburger.



XXVII. Atque